

# VLGENTII EPISCOPI CARTHA-

GINENSIS MYTHOLOGIARVM AD CATVM  
Presbyterum Carthaginem, Liber primus.



Vamuis inefficax petat studium res quæ carent effectu, & ubi emolumentum deest, negotii causa cesset inquiri, hoc uidelicet pacto, quia nostri tempotis etumnosa miseria non dicendi petit studium, sed uiuendi flet ergastulum, nec famæ assistendum poëticæ, sed fami consilendum domesticæ. Citius nunc aut quod amiseris fleas, aut quod edas inquiras, quam quod dicas inuenias. Vacat hoc tempore potenteribus opprimere, prioribus rapere, priuatis perdere, miseriis flere. Quia soles Domine meas cachinnantes saepius nærias lepore satyrico litas lubentius affectate, dum ludicro talia uentilans epigrammate comœdicat solita est, ueruilitate mulcere. Additur, quia & mihi nuper imperasse dignosceris, ut feriatas adfatum tuarum aurium sedes lepido quolibet futuro permulceā. Parumper ergo ausculta, dum tibi rugosam sulcis anilibus ordior fabulam, quam nuper Attica soporata falsura, nocturna præsule lucerna commentus sum, ita somniali figmento delusam, quo non poëtam furentem aspicias, sed oniroctem soporis nugas ariolantem aduertas. Neq; enim illas Heroidarum atbitteris lucernas meis præsules libris, quibus aut Sulpicille procacitas, aut Psyches curiositas declarata est, neq; illam Phædram quæ matitum Phædriam in tumulum duxit, aut Leandricos natus intercepit, sed quæ nostrum academicum rhetorēm ita usq; ad uitalem circumtulit, quo pene dormiente Scipionem coeli ciuem efficerit. Verum respublika uideat quid Cicero egerit. Me interim discedentem à te Domine, dum quasi urbanis extotrem negotiis ruralis occii torpor astringeret, euitans etumnosa calamitatum naufragia, quibus publice incessabiliter uexatur actiones, arbitrabatur agrestem secure adipisci quietem, ut procellis curarum celantibus, quo in torporem urbana tempestas exciderat, uelut Halcyone nidioli, placitam serenitatem nullatica semotio ne tranquillior agitasse, sopitisq; in fauilla silentii rauisont iurgiorum classicis, quibus me Galogetici quassauerat impetus, defecatam silētio uitam agere credidisse, ni me illuc quoq; mœrorum improbior angina sequeretur, felicitatisq; nouerca fortuna (quæ amarum quoddam humanis interserit semper negotiis) me quasi pedissequa sectaretur. Nam tributaria in dies conuentio compulsantium pedibus limen proprium triuerat, noua inditionum ac momentanea proferens genera, quasi Myda rex ex homine uerteret, ut locupletes tactus rigens austri materia sequeretur. Credo etiam Pactoli ipsius fluenta conditio frequentibus desiccasse. Nec hoc tantum miseriarum ergastulum sat erat, addebatu his, quod etiam bellici frequenter in cursus pedum domi radicem infigete iussarent, quo portatum nostratum pessulos araneatum cassibus oppletos quispiam non uideret. Agrorum enim dominium gentes ceperant, nos domorum. Frustrus enim nostros expectare licuit non frui. Merces quippe nobis fuerat genitilis, si uel ad manendum clausos relinquerent. Sed quia nunquam est malum immortale mortalibus, tandem domini regis felicitas, aduetantis solis crepusculum mundo tenebris dehiscentibus, pauores abstersit. Et post torpentes incessus, quæ tum bellicum profligauerat interdictum, licuit tandem artua uisere, limites circuire. Egreditur nautarum in morem, quos tempestatum flagitanèto contractos exoptata reduces excipit tripa, & uelut parietū indumentis exuti post domesticas stationes ambulare potius discimus quam progredimur, & Matoneo uersui cōsimiles, Tandem liber equus campo potitur aperto. Intuemur artua, quibus adhuc impressæ bellantium plantæ muricatos (quod aiunt) sigillauerant gressus, & formidine menti nondum extera hostes in uestigiis pauebamus. Tertorem enim pro cui memoria miles hostis haec deinceps reliquerat. Sed Troacum in molem ostentabamus alterutrum loco, quorum recordationem aut intermitio celebrior faciebat, aut præda. Tandem intet sentosa nemorum fruteta,

frutet, quæ agrestis olim deseruerat manus, nam intercapelinante pauoris prolixitate tam largo sumo litoria parietibus aratra pendebant, & laborifera bouum colla iugales in vaccinam molliciem diduxerant callos. Squallebat uiduus fulcis ager, & herbidis sentibus oliuifero uertici minabatur. Ita enim nexili de syrmate meandrico graminis la- brusca coibat, quo septa herbosis radicibus tellus Triptolomicum contumax abnueret dentem. Ergo dum huiusmodi palituræ prata incidente premerem planta, & roscidos florulentis uelleris colles spatianti metitem passu, defecatum uoluntas peperit egredientis studio, sed utilitas ex labore successit. Diuettor arborei beneficium umbraculi presumens, quo me errati foliorum intextu Phœbi à tortidis defensaret obtutibus, & circumfluam ramorum umbram, quam propriis radicibus præberet, mihi etiam concederet esse com munem. Nam me auium quædam uernulitas, quæ fragili quadam dulcedine crispantes sibilos cornis edunt organulis, ad hoc opus allexerat, & laboris tam subita requies quoddam carminis expectabat melos.

Thespiades Hippocrene,  
Quæ spumanti gurgite  
Irrorat loquacis nymbi,  
Tinctas haustu musico,  
Ferte gradum properantes  
De uitætis collium,  
Vbi guttas florulentæ  
Mane torat purpuræ,  
Humor algens, quem serenis  
Astra sudant noctibus,  
Verborum canistra plenis  
Referate flosculis.  
Quicquid per uitæta Tempe  
Rapiat unda proliens

Hinnientis & recursu  
Quam produxit ungula.  
Quicquid Ascreus ueterna  
Rupe pastor cecinit.  
Quicquid ex Atlantis gazis  
Vestra promunt horrea,  
Quod cecidit pastorali  
Maro sylua Mantuae.  
Quod Mæonius ranatum  
Cachinnauit prælio,  
Parthasia candicanti  
Dente lyra concreper,  
Ad meum uetus carmen  
Secla nuper confluant.

Hoc itaq; sacrificali carmine Gorgonei fontis aspergine madidas & præpetis ungulæ tio uo metulentas Pieridas abstraxi. Astiterant itaq; syrmate nebuloso lucidae ternæ uitagines, hedera largiore circumfluæ, quatum familiaris Calliope ludibundo palmulæ tau stu, meum uaporans pectusculum poëticæ pruriginis daleedine spargit. Erat enim grando (ut apparebat) pectori, crine neglecto, quem margaritis prænitens diadema constringerat, talo tenuis bis tinctam recolligens uestem. Quod credo & itineris propter difficultatem, & ne meandricos tam subtilis elementi aliquatenus limbos aculeati herbarum uertices scinderet. Asti propter ergo, erectus in cubitum, ueneratus sum uerbosam uitaginem olim mihi poëtico uulgatam euidentius testimonio. Nec immemor cuius uerbosas fabulas propter scolaribus rudimentis tumidas fetu lis gestaueram palmas, & quia non mihi euidenti manifestatione quæ nam esset, liquebat, cut uenisset inquirio. Tum illa, Vna inquit è uirginali sum Heliconiadū curia, Iouis albo conscripta, quam olim Athenæam ciuem Rhomanus ordo colendam exceperat: ubi nouellos ita frutices edidi, quo eorum cacumina summis astris in sererem. Ita uitæ famam linquentes hædem, quo magis celebriorem obitum protelarent. Ast ubi me Romuleæ arcis conuentu bellicus uiduauit incursus, Alexandriæ conciliabula urbis exulata possederam, uariis dogmatum imbutamentis, lasciva Græcorum præstruens corda, postq; Catonum rigores, Tullianasq; feueras inunctiones, & Varroniana ingenia, Apelleæ genti enerues sensus, aut satyra luseram, aut comœdico phasmate delectabam, aut tragica pietate mulcebam, aut epigrammatum breuitate condibam. Libebat me mea captiuitas, & licet nostræ uacuiscent industriae, inueniebat tamen animus, quibus inter mala attrideret, nisi me etiam exinde bellis crudelior Galeni curia exclusisset, quæ pene cunctis Alexandriae ita est angipotis, quo chirurgicæ carnificinæ lanienat pluтор, habitaculis numeretur <sup>durius</sup> denique

certando ira remittunt in morte, quo ferat Charontem citius sopitum si collegio non  
 donetur. Hanc orationem risus mollior terminabat. Itaq; meis quod euerteret, culmina-  
 bus impetravi. Tum illa. Non paues inquit, musicum tuis receptare dogma penatibus,  
 cum barbarorum more auctoriterim, ita literatos mercatus penitus abdicare, ut hos qui  
 primis elementorum figuris, uel proprium descriperint nomen, cassata inquisitione in  
 carnificinam raptassent. Tum ergo. Non ita est inquam, ut audieras, sed fama fuit, nam  
 carmina nostra muse fantom ualent intet Martia tela, quanto dulcis aquae saliente sitim  
 restinguere tino. Et ut suum me amplius familiarem rescripsit, illud etiam Terentianum  
 adieci, olim isti fuit generi questus apud seculum prius. Nunc itaque literae suos quic-  
 quid Helicon uerbalibus hortis enthecatum possederat, in ipsis potestatu culminibus  
 hereditario iure transferre cantus extendunt. Illa exhilarata carminibus utpote quasi  
 Mæonium senem ut uiseret recitantem laudatorio palmulae tactu mulxit meam cesa-  
 triem, percussaq; mollius ceruice quam decuit. Eia inquit, Fabiana Creoticis iam dudum  
 nouus initiatus es mystes sacris. Ne quid ergo meo tibi desit tytunculo, accipe patrem do-  
 gmati gratiam, & quatenus te nostra satyra lasciuienti uerborum tote percussit, uada-  
 tumq; te sui retinet amoris illecebra, reddo quod sepioticon debes, & quicquid libet Ni-  
 liacis exarate papyris, feratis aurium sedibus percipe. Nec deerit historiæ ei quilibet esse-  
 tus, cuius uisceribus te interstringi poposceris. Tum ego. Index libelli te sefellit generosa  
 loquacitas, non mihi cornutus adulter arripitur, nec hambre mendaci lusa Danae uie-  
 go cantatur, dum suo iudicio sibi deus prætulit pecudem, & hanc auro decepit quam  
 potestate nequistit. Non suillo canimus mortu depastum iuuensis fecerit, nec in libellu-  
 lis meis sub falsa alite puerilis pependit lasciuia. Non olotinis teptatem adulteri plumis  
 oua pulligera virginibus inculcam, uel semina puerigera uisceribus infundentem,  
 nec Lychnides puellas inquitimus, & Hero atque Psychen poeticas garrulates ineptias.  
 Dum hec lumen querit extinctu illa deflet incensum, Psyche uidendo perdetet & Hero  
 non uidendo perisset. Nec refera uirginali figimento Aricinâ lusam uirginem, dum que-  
 retet Iuppiter quod magis esse uelit quam fuerat. Mutatas itaq; uanitates manifestare cu-  
 pimus, non manifesta mutanda fuscamus, ut senior Deus hinnitus exerceat, & Sol ful-  
 goris igne deposito malit anilibus exarari rugis quam radiis. Certos itaq; nos prestola-  
 mur terum effectus, quos repulso mendacis Græciae fabuloso commento quid mysti-  
 cum in his sapete debeat, cerebru agnoscamus. Tum illa. Vnde haec tibi inquit homin-  
 eule tanta ignorantiae scientias. Vnde etiam ratum ordinem ignorandi. Dum enim se-  
 culis intacta exquiris, ostendis te sapienter scire quod nescis. Cui ego ( si his igno-  
 rare aliquid contigit) ne ipsum quidem nescire suum, scire contigerit, quanto satius eis  
 erat etiam non nasci contingere, quam nasci inefficaciter uiuere: primum itaq; ego scien-  
 tiae uestibulum puto, scire quod nescias. Ad haec illa. Tam secretis mysticisq; rebus uiua-  
 citer pertractandis ampliora sunt autoritatum quærenda suffragia. Neq; enim quippiam  
 ludicum queritur, quo ludibrido pede metrica uerborum commoda faciamus. Su-  
 dor hic opus est palestrantis ingenii, ne tam magnifici assumpta moles operis ipso fere  
 medio conaminis impetu uiuacissimis destitura uanescat tractatibus, ergo etunt no-  
 bis Philosophia atq; Utrania coelestis adiutrices operis ascendentæ. Nec enim deerit tuis  
 lasciuienti amica solatiis, ut dum te mysticæ artes anhelum tractando reddiderint, tute  
 tua satyra ludentem excipiat. Quæso inquam munifica largitas, netu istam tuâ satyram,  
 cuius me dudum uadatum amore prædixeras, temere credas nostris penatibus. Tam &  
 enim libens zelo sortitus sum ex affectu coniugium, ut si hanc suis oblucentem ut pelli-  
 cem uoluptatibus domo reppererit, ita sulcatis ungue genis in Heliconem remittat ne-  
 cessesse est, quo eius diluedis aulneribus Gorgonei ipsius fontis nequaquam fluenta sus-  
 ficiant. Tum illa cachinnum quassans fragile colliso bis terq; pulsu palmulae scemore  
 nescis inquit Fulgenti tudis accola Pieridum, quantu satyram matronæ formident. Li-  
 get mulietum uerbalibus undis & causidici cedant, nec grammatici mutiant, rhetor-  
 taceat,

taceat, & clamorem praeo compescat, sola est quæ modum imponat furentibus, licet Petroniana subit albutia, hac etenim alludēt, & Plautinæ satyriæ dominatus obdormit, & Sulpicilæ Ausonianæ loquacitas deperit, Sallustianæ symphoniaræ, quāuis præsens sit cantilena melos cagiandi, raucescit.

Solueret igniuomq; mundi regione peracta,  
Quadrupedes gelidumq; rotis tepefecerat orbem  
Rector, & auratis collis spoliabat habenis,  
Iam Phœbus distungit equos, iam Cynthia iungit.  
Quasq; soror liquit, frater pede temperat undas,  
Tum noxstellato mundum circunlita peplo,  
Cærula tortigenis pigrescere iuss'erat alis,  
Astrigerōq; nitens diademate luna bicornis,  
Bullatum biugis consenderat æthera tauris,  
Iam simulachra modis mentis fallentia plastis,  
Mollia falsidicis replebat stramina signis. & ut in uerba paucissima cōferam, nox erat.  
Cuius nomen noctis iam dudum oblitus, ut insanus uates uersibus delirabam. Dumi subito agrestis illa, quam dudum uideram hospita oborto impetu cubicularias impulsi fores irrupit, inopinanterq; me iacentem reperiens marcentia languore somni lepido lumina, rapido atq; admodum splendifice intermicanti quodam sui uultus co-tuscamine pepulit. Erat enim ultra solitum eminēs mortalitatis aspectum, deniq; pigre adhuc quietis indicium toratis naribus tuctuantem, repentina hostii crepitatione turba uit. Hanc p̄reibat florali lasciuens uirguncula petulantia, hedera largiore circunflua, improbi uultus & ore cōtumeliatum sarcinis graudo: Cuius + hyronicum lumen tam *ironicum* rimabunda ueruilitate currebat, quo mentes etiam abstrusas temulētis inscriptionibus depinxisset. Musæ enim latera sarciebant altrinsecus duæ, quatum dexterior uetercunda quadam maiestate subnixa elata frontis Polymnia argenteis astrotum purgauerat marginatis, cuius phaleratum exoticis diadema catbunculis corniculata lunæ sinuatio depri-mebat, ac cærulanti peplo circunlita hyalinæ cauitatem sphæræ osseo fastigatus tigillo uersabat. Visus itaq; luminis tam elata coi templatione cælitus erigebatur intuitus, quo pene foribus superna intuens pollicem illisisset. Leuicomes lateris refugo quodam contemplatu secretior humanos intuitus uelamine quodam arcane uitabat, huius ninguida canis albentibus nitebat casaties, rugaq; crispato multiplici supercilio rancidum se quiddam consopite promittebat. Tardior incessus erat, & ipsa ponderationis grauedine uenerandus. Tunc Caliope prouinciam loquacitatis ingressa, his te inquit Fulgenti tricibus spoponderam largitum. Quarū sequax si fueris, celeriter raptum ex mortali cælestem efficient, astrisq; non ut Neronem poëticis laudibus, sed ut Platonem mysticis interserent rationibus. Neq; enim illos de his expectas affectus, quos aut poëma ornat, aut deflet tragedia, aut spumat oratio, aut cachinnat satyra, aut ludit comœdia, sed in quibus Carneadis resudat elleborum, & Platonis auratum eloquium, & Aristotelis syllogisticum ueriloquium. Nunc itaq; pande mentis cubiculum, & aureum fistulis auditu nuncio mentibus intromitte quod excipis, sed enerua totum mortale quod tibi est, ne tam sacrati series dogmatis scrupulosis rite non resideat penetralibus. Ergo nunc de deorum primum natura, unde tanta malæ credulitatis lues stultis mentibus inoleuerit edicamus. Quamuis enim quidā sint, qui spreta capitis generositate attricinis atque Archadicis sensibus glandium quippiam sapiant, atque eorum altiori stultitiae nubilo soporata caligentur ingenia, tamen nequaquam apud humanos sensus, nisi fortuitis compulsionibus moti nascentur errores, ut etiam Chrysippus de fato scribens ait, compulsionibus lubricis uoluuntur incursum. Itaque primum omissò circuitu, nude idolum tractum sit edicamus.

## V N D E I D O L V M D I C A T V R .

**D**iphantes, Lacedæmonum autor, libros scripsit antiquatum xiiii. in quibus ait Syrophané Aegyptium familia substantiæ locupletè filium genuisse, quæ uoluit enormis substantiæ successorē ineffabili, ultra quam paternitas exigebat affectu erga filium deditum. Isq; dum aduersis fortunæ incurribus taperetur, patti crudele geminæ orbitatis dereliquit elogium, & ut posteritati perpetuale suffragium denegasset, & substantiæ propagandæ subitam interceptionem obiiceret. Quid igitur faceret, aut fœcunda paternitas hac sterilitate damnata, aut felix substantia in successione curata, parum erat non habere, quod habuit, nisi etiam esset, qui obtineret quod reliquit. Deniq; doloris angustia, quæ semper inquirit necessitatis solacium filii sibi simulachrum in ædibus instituit. Dumq; tristitiae remedium querit, seminarium potius doloris inuenit, nesciens quod sola sit medicina miseriarū obliuio. Fecerat enim ille, unde luctus resurrectionis in dies adquireret, nō in quo luctus solarium inueniret. Deniq; idolum dictum est idodinum, quod nos latine species doloris dicimus. Nanque uniuersa familia in domini adulatione, aut coronas plectere, aut flores inferre, aut odoamenta simulachro succendere consueuerat. Nonnulli etiam seruorum culpabiles dominii furiam euitantes ad simulachrum profugi ueniam merebatur, & quasi salutis certissimo collatori, florum aut thuris offerebant munuscula, timoris potius effectu quam amoris affectu. Deniq; huius rei non immemor & Petronius ait, primus in orbe deos, fecit timor. Nam & Mintanor musicus in Chromatopion libro musicæ artis, quæ scripsit ait, Dominum doloris, quæ prima conputatio humani finxit genetis, exin in ueteratus error, humanis pedentim consertus disciplinis, baratto quodam saeuae crudelitatis prolabitur.

## Saturnus.

**S**aturnus Pollucis filius dicitur, Opis maritus senior, uelato capite falcam gerens, cuius uirtus abscisa & in mare proiecta Venerem genuere. Itaq; quid si bi de hoc philosophia sentiat audiamus. Tum illa. Saturnus primus in Italia regnum obtinuit, hicq; per annone prerogatione ad se populos attrahens à saturando dictus est Saturnus: Opis quoq; uxori, eo quod opem esurientibus ferret dicta est, Pollucis etiam filium, siue à pollédo, siue à pollucibilitate, quam nos humanitatem dicimus. Vnde & Plautus in comedie Epidici ait, Bibite, pergræcamini pollucibliter. Velato uero capite ideo singitur, quod omnes fructus foliorū obnupti tegantur umbraculo. Filios uero suos comedisse fertur, quod omne tempus quodcumq; gignit, cōsumit. Falcam etiam fert non immerito, siue quod omne tempus in se uergat, ut curuamina falciū, siue propter fructū, unde etiam & castratus dicitur, quod omnes fructuum uires abscisæ atq; in humoribus uiscerū ueluti in mare proiectæ, sicut illic Venerem, ita & libidinem gignant necesse est. Nam & Apollophanes in epico carmine scribit Saturnum quasi sacrum νεφελον, enī græce sensus dicitur, aut satorem νέφος, quasi diuinum sensum creantem omnia, cui etiam quatuor filios subiiciunt, primū Iouem, secundū Iunonem tertium Neptunum, quartū Plutonem, & quasi Poli filium quatuor elementa gignentem, id est, primum Iouem ignem, unde & Κέρας græce dicitur, Κέρας enim græca significatio siue uita siue calor dici potest, siue quod igne uitali animata omnia dicentur, ut Heraclius uult, siue quod hoc elementū caleat, secundū Iunonem, quasi aërem, unde Αέρης græce dicitur, & quamuis aërem masculū ponere debuerint, tamen ideo foror est Iouis, quod hæc duo elementa sibi sunt ualde consocia. Ideo Iouis & coniugem, quod matutatus aër igne feruescat. Nā & Theopompus in Cypriano carmine, et Hellanicus in Dios philologia, quam descripsit, ait Iunonem ab Ioue uinctā catenis aureis, & degrauatam incudibus ferreis. Illud nihilominus dicere uolentes, quod aër igni cœlesti coniunctior duobus deorum elementis misceatur, id est, aquæ & terræ, quæ elementa duobus superioribus grauiora sunt.

Neptua

## Neptunus.

**N**EPTUNU uero tertium aquarū uoluere elementū, quē ideo Grēci etiam Posidon nuncupāt, quasi τωιογ̄ θελν quod nos latine faciente imaginē dicimus, illa uidelicet ratione quod hoc solū elementū imagines in se formet spectantiū, quod nulli alii ex quatuor competit elemētis. Tridentē uero ob hanc rem ser te pingitur, quod aquarū natura triplici uirtute fungatur, id est, liquida, fœcūda, potabili, hunc et Neptuno Amphitriten in coniugū deputat, ἀμφὶ enim grēce circūcirca dicimus, eo quod omnibus tribus elemētis aqua cōclusa sit, id est, in cœlo, in aëre, in nubibus, & in terra, ut sunt fontes & putei.

Pluton.

**Q**VARTU etiam Plutonē dicunt terratū præsulē, πλάνης enim grēce, diuitiae dicuntur, solis terris credentes diuitias deputari: hunc etiā tenebris addictū dixere, quod sola terrae materia sit cunctis elemētis obscurior. Sceptrū quoq; in manu gestat, quod regna solis competant terris.

Tricerberus.

**T**RICERBERU uero canē eius subiiciunt pedibus, quod mortaliū iurgiorū inuidiae ternatio cōfentur statu, id est, naturali, causalī, accidentalī. Naturale est odiū, ut canū, leporum, luporū, & pecudū, hominū, & serpentū. Causale est ut amoris zelus atq; inuidiae: Accidens est, quod aut uerbis casualiter oboritur ut hominibus, aut comeditiones propter, ut iumentis.

Futiæ.

**H**IC quoq; etiā tres futias deseruire dicunt, quatū prima est Alecto, ἀληκτὼ enim grēce impausabilis dicitur: Alia Tisiphone, τισιφόνη aut̄ quasi τέτων φώνη, id est, istatū vox: tertia Megæra, megæra enim est quasi μεγάλη ἔρη, id est, magna contentio, primū est ergo non pausando futiā concipere: secundū est in uocem etūpere: tertiu iurgiū protelare.

Fata.

**T**RIA etiā ipsi Plutoni destinat fata, quarū prima Clotho, secunda Lachesis, tertia Atropos, κλάσσω enim grēce euocatio dicitur, λαχεσίς uero sors nūcupatur, κατροπή quoque sine ordine dicitur: hoc uidelicet sentire uolentes, quod prima sit nativitatis euocatio, secunda uitę sors, quēadmodū quis uiuere possit, tertia mortis conditio, quę sine lege uenit.

Harpiae.

**H**ARPIAS etiā tres inferis Vergilius deputat, quarū prima ἀέλαιω, secūda ὠκυπέτη, tertia οὐελαιεύω, Harpia enim grēce rapina dicitur. Ideo uirgines, quod omnis rapina arida sit & sterilis. Ideo plumis circūdatae, quia quidquid rapina in uaserat, celat. Ideo uolatiles, quod omnis rapina ad uolandū sit celerrima, ἀέλαιω enim grēce quasi ἐλαῖος, id est, alienū tollens, Ocypete, id est, citius auferens, Celænum uero grēce nigrū, unde & Homerius prima Iliados rapsodia, ἀνθά ποιά μακελαιούς ἐρωήσει ποδὶ δ' ὅρη, id est, statim niger tuus sanguis emanabit per meā hastā, hoc igitur signate uolentes, quod primum sit alienum concupiscere, secundū concupita inuadere, tertium celare quod inuadit.

Proserpina.

**P**LUTONI quoq; nuptā uolunt Proserpinā Cereris filiā. Ceres enim grēce gaudiū dicitur, & ideo illam frumenti deam esse uoluerūt, quod ubi plenitudo fructuum sit, gaudia semper superabundent necesse est. Proserpinā uero quasi segetē uoluerunt, id est, terram radicibus proserpentē, quae & Ἐκάρη grēce dicitur, ἔκαρη enim grēce centum sunt, & ideo hoc illi nomen imponunt, quia centuplicatū Ceres proserpat fructum.

Ceres.

**H**ANCETIĀ mater cum lampadibus raptam querere dicitur, unde & lampadum dies Cereri dedicatus est, illa uidelicet ratione, quod hoc tempore cum lampadibus, id est, cum solis feruore seges ad metendum cum gaudio requiratur.

Apollo.

**A**POLLINEM solem dici uoluerunt, ἀπόλλω enim grēce perdens dicitur, quod feruente suo omnē succum uirentiū decoquendo perdat herbarū. Hunc etiā diuinationis deum uoluerūt, siue quod sol omnia obscura manifestat in lucem, seu quod in suo processu & occasu eius orbita multimodos significationū monstrat effectus. Sol uero dicitur aut ex eo quod solus sit, aut quod solite per dies surgat & occidat, huic quoq; quadrigam scribūt illam ob causam, quod aut quadripartitis temporum uarietibus anni circulum

m 3 peragat,

peragat, aut quod quadrifido limite diei metiatut spaciū, unde & ipsius equis cōdigna sic nomina posuerū, id est, Etyrtheus, Acteon, Lāpos, Philogeus, Erythreus grāce rubēs dicit, quod à matutino sol lumine rubicundus exurgat: Acteon splendens dicitur quod tertiae horae momentis uehemens infistat, lucidior fulgeat: Lampos uero dum ad umbilicum diei centratū cōscenderit circulū: Philogeus grāce terram amans dicitur, quod hora no-  
na proclivior, uergens occasibus pronus incumbat.

Coruus.

**I**N huius etiā tutelam coruum ponunt, siue quod solus contra rerum naturā in mediis ipsis aestiuis feruoribus ouiparos pullulet fœtus. Vnde & Petronius:

Sic contra rerum naturae munera nota

Cotuus maturis frugibus oua refert. Siue quod in horoscopicis libris secundum Anaximandru, siue etiā secundū Pindarū solus inter omnes aues significatiōes habeat uocum.

Lautus.

**I**N huius etiā tutelam laurū ascribunt, unde etiā eum amasse Daphnen dicunt Penei fluminis filiā: & unde laurus nasci posset, nisi de fluuialibus aquis. Maxime quia & eiusdem Penei fluminis tipae lauro abundare dicitur. At uero amica Apollinis ob hanc rem uocata est, quia illi, qui de interpretatione somniorū scripserunt, ut Antiphon Philocrus, & Artemon, & Setapion Ascalonites, promittant in libris suis laurum si dormientibus ad caput posueris, uera somnia esse uisituros.

De nouem musis.

**H**ic etiam Apollini nouē deputant musas ipsumq; decimū musis adiiciunt, illa uia  
delicet causa quod humanæ uocis dece sint modulamina, unde cum decachorda Apollo pingitur cithara. Sed & lex diuina decachordon dicit psalteriū. Fit ergo vox qua-  
tuor dentibus ē contra positis, quos lingua percutit, ē quibus si uno minus fuerit sibilum  
potius quam uocē reddat necesse est. Duo labia uelut cymbala uerborū cōmoda modu-  
lantia: lingua ut plectrū, quæ curuamine quodā uocalē format spiritū, palatū cuius conca-  
uitas profert sonū: Gutturis fistula, quæ terei meatū spiritale præbet excursu: & pulmo, qui  
uelut aceruus follis concepta reddit ac reuocat. Habet ergo nouem musarū uel Apollinis  
ipsius redditā rationē, sicut in libris suis Anaximander Lampsacenus, & Leophantes Hera-  
cleopolites exponunt: quod & alii firmāt, ut Pisander Physicus & Euxemenes in libro θεο-  
λογικών. Nos uero nouē musas doctrinę atq; sciētiā dicimus nodos, hoc est, prima Clio  
quasi prima cogitatio discendi, κλέος enim grāce fama dicitur, unde & Homerus, μῆνες δὲ  
κλέος οῖοι ἀκρόπολις τοῦτο τι ιδεύει, id est, Nos uero solā famā audiūimus, neq; quid scimus,  
& in alio loco, τὸ κλέος εὐρὺ προσέλασμα ή μέσον ἔχειος: & quoniā nullis scientiā querit nisi  
in qua fama suae protelet dignitatē, ob hanc rem prima κλέω appellata est, id est, cogita-  
tio querendae scientiæ: secunda εὐτέρη, quod nos latine bene delectās dicimus, quod pri-  
mum sit scientiā querere, secundū sit delectari quod queritas: tertia μελπομένη quasi μελετή  
ποιουμένη, id est, meditationē faciēs permanere, ut primū uelle, secundū desiderare quod ue-  
lis, tertīū in statu meditādo ad id quod desideras: quarta δάλεια, id est, capacitas, uelut si di-  
catur τίθεις δάλεια, id est, ponens germina, unde & Epicharmus comicus in Diphilo co-  
mœdia ait: θάλεψ όντες νερέπετε θάλιμος ἐπέτρεψον, id est, germen dum non uidet famas consu-  
mit: quintā τολύμεναι quasi τολυμένη, id est, multa memoriam faciens dicimus, quia  
post capacitatē est necessaria: sexta ἐρατώ, id est, τύγων ὄμοιος, quod nos latine inueniens si-  
mile dicimus, quia post scientiā & memoriam iustū est ut aliquid simile & de suo inueniat:  
septima τοφιχόη, id est, delectās instruzione, unde et Hermes in Pimadre libro ait: ἐπεγ-  
νάφης ή κάφε σώματος, id est, absq; instruzione escae & uacuo corpore: ergo post inuictio-  
nem oportet te etiā discernere ac diuidicare quod inuenias: octaua γενια, id est, cœlestis,  
post diuidicationē enim eligis quid dicas, quid despicias, eligere enim utile, caducumq;  
despuere cœleste ingeniu est: nona καλιόπη, id est, optimę uocis, unde & Homerus ait: θέας  
ὄπει φωνησάσης, id est, dea uocē clamatis, ergo hic erit ordo: primū est uelle doctinā: secun-  
dū est delectari quod uelis: tertīū est instare ad id quo delectatus es: quattuor est capere id,  
quod instas: quintū est memorari quod capis: sextū est inuenire de tuo simile ad id quod  
memineris: septimū est iudicare quod inuenias: octauum est eligere de quo iudicas: no-  
num bene proferre quod elegetis.

Hic

## Phaeton.

**H**ic etiam cum Climenē nymphā coīes Phaētona dicitur genūisse, qui paternos curus affectas sibi atq; mundo cōcremationis detinēta cōflauit. Semper ergo sol cum aqua coīens aliquos fructus gignat necesse est, qui eo quod terris exiliētes appareat, phanontes dicuntur, φάένων enim grāce appārens dicitur, qui quidē fructus ad maturitatem sui, solis ardorē querant necesse est, quo accepto omnia feruoris incendio consumantur. Huius etiā sorores Arethusa, Lampetusa, quae gēmeis ac translucētibus fraternalē deploant guttis in cēdia, succinaq; diruptis iaciunt inaurata corticibus. Sotor etiā totius germinis arbor est, quae una eademq; feruoris humorisq; iugalitate gignuntur. Itaq; istāe arbores, quae succinum sudant, dum maturis frugib; solis feruor torrentibus ip̄lis Iunio Iulioq; mensib; incendiosior cancri atq; leonis tetigerit metas, tunc istāe arbores q̄stū ualido fissis corticibus succum sui liquoris, in Eridano flumine aquis durandum emittunt.

De Typho, Sagittis, & Pythonē.

**H**is Typhū quoq; Apollinis adiiciunt, quod sol & præterita nouerit, & præsentia certnat, & uisitatus sit futura. Atcum uero huic sagittasq; conscribunt, siue quod de circulo eius radii in modū sagittarū exiliāt, seu quod suorū radiorū manifestatione omnem dubietatis scindat caliginē, unde etiā Pythonē sagittis interemisse fertur, πέλθω enim grāce credulitas dicitur, & quia omnis falsa credulitas ( sicut serpentes ) luce manifestante depe mitur Pythonem eum intermisso dicunt.

Quare sine barba dicatur cum pater dicatur

**Q**Via occidendo & renascēdo semper est iuuētor, si ut quod nunquā in sua uirtutē deficiat, ut luna quae crescit & minuitur. Mercurius.

**S**ifurtis præfuerit di, non erat opus criminibus iudice, ex quo culpæ habuere cœlestem autorē. Mercuriū dicunt præfuisse negotiis, uirgā ferentē serpentibus nexā, pennatis quoq; talaribus præditū. Hunc etiā internuntiū furattinūq; Deum. Quid sibi uero huius nominis atq; imaginis significatio differat, edicamus, Mercuriū dici uoluere quasi merciū cutam. Omnis ergo negotiator dici potest Mercurius.

Quare pennas.

Pennata uero talaria, quod negotiantiū pedes ubiq; pergendo quasi pennati sint.

Quare uirgam.

**V**irgam uero serpentibus nexam ob hoc adiiciunt, quod mercatoribus det aliquando regnum ut sceptrū, & uulnus ut serpentīū.

Quare galerum & gallum.

**G**alerio enim cooperito capite pingitur, quod omne negocium sit semper absolum. Gallum quoq; in eius ponunt tutelam, siue quod omnis negotiator semper inuiglet, seu quod ab eius cantu surgant ad peragenda negotia.

Quare Hermes.

**H**ermes quoq; dicitur grāce ab eo quod est ἐρμῆνυστας, quod nos latine differere dicimus, illa uidelicet causa quod negotiatori linguarum sit dissertatio necessaria, utraq; enim regna permeare dicitur superna atq; inferna, quod modo uentis in altum nauigans currat, modo demersus inferna tempestibus appetat.

Quare fur, quare celer dicatur.

**H**unc etiā Deum furti & præsulem uolunt, quod nihil interstūt inter negotiantis rapinam atq; periuriū, futantisq; deierationē ac raptū. Stellā uero, quae σίλεων grāce nūcupatur, quam ei Pagani ascrubunt, ex quo etiā diei nomen inuenere, tanto celestior planetis omnibus currit, ut septima die suos permeat circulos, quod Saturnus xxiiii. annis, & Iuppiter xii. possunt, unde etiā Lucanus ait. Motuq; celere Cyllenius hæret.

Quare Argum occidisse dicatur.

**D**Eniq; etiā Argum luminū populositate conceptū interemisse fertur, dum oculorum immensam unius corporis segetē ubiq; uiua circūspectione florentem singulatis uulnetis recursū falcifero messuisset curuamine. Quid sibi ergo tam

fabulosum Græciæ cōmentum uelit: nisi quod etiā centū custodes totidemq; astutos sine negotiatione uagos (unde & ἀργός græce uagus dicitur) & furantis astutia, & negociantis circumuenit astuta, falsatq; cautela. Solet igitur alludere his speciebus & honeste mēdax Græcia, & poëtica garrulitas semper de falsitate ornata phaleratio, ut & Danae hymble auro rato corrupta est, non pluia sed pecunia.

Ganymedes.

**G** Traptū Ganymedē aquila non uere uolucris, sed bellica præda. Iuppiter enim ut Anacreon antiquissimus auctor scripsit, dum aduersus Titanas, id est, Titani filios (qui frater Saturni fuerat) bellū assūmeret, et sacrificiū Cœlo fecisset, in uitiose auspiciū, aquilæ sibi adesse prosperum uidit uolatū, pro quo tam felici omniē præsertim, quia & uictoria cōsecuta est, in signis bellicis sibi aquilā aureā fecit, tute laeq; suæ uirtuti dedicauit, unde & apud Romanos huiuscmodi signa tracta sunt. Ganymedem uero bellando his signis præuentibus rapuit, sicut Europam in tauro rapuisse fertur, id est, in nauē tauri picturam habente, & is idem in uacca similiter, in nauī huiuscmodi picturæ. Deniq; ut hoc certius esse cognoscas, nauigium Isidis Aegyptus colit.

De Perseo & Gorgone.

**P** Erseū fuit Medusæ Gorgonis interfectorē. Gorgones uoluere dici tres, quartū prima Stheno, secunda Euryale, tertia Medusa: quartū quia fabulā Lucanus & Liuius scripserunt, poëtæ grāmaticorū scholaribus rudimentis admodū celeberrimi, hanc fabulā referre superfluū duximus. Theocritus antiquitatū historiographus refert Phorcū fuisse regē, qui tres filias locupletes deteliquit. Quartū Medusa maior, quæ fuerat locuples, regnūq; incolēdo fructificandoq; ampliauerat, unde & Gorgona dicta est, quasi georgan, nā γεωγόνη græce agricultores dicūtur. Serpentino uero capite ideo dicta est, quod astutior fuerit: Cuius regnū opimū Perseus inuadens ipsam quidē intetemit. Ideo uolaticus dicitur, quod nauibus uenerit, cuius capite, id est, substantia ablata, diuior factus non parua regna obtinuit. Deniq; & Atlantis regnū in uadēs, quasi per Gorgonis caput, id est, per substātiā eius eum in montē fugere cōpulit. Vnde in montē cōuersus dicitur esse. Tamen quid hac sibi tam subtili sub imagine ornatrix Græcia sentire uoluerit edicamus. Gorgonas dici uoluerunt tres, id est, tria terroris genera: primus quippe terror est q̄rū mentē debilitat, secūdus qui profundo quodā terrore mentē spargit, tertius qui nō solū mētis intentū uerū etiam caliginē īgerit uisus: unde & nomina tres Gorgones accēpere, δρυώνēm græce debilitas dicitur, unde & astenia infirmitatē dicimus, secunda eu-ryale, id est lata profunditas, unde & Homerus πολὺ εὐρύαγιαx, id est, Troiā latas uias habentem. Itaq; medusam quasi μὴ ιδθσταx quod uideri nō possit. Hos ergo terrores Perseus adiuuāte sapientia interfecit. Ideo auersus uolat, quod uirtus terrorē nunquā aspicit, speculum ergo ferre dicitur, quod omnis terror non solū ī corde sed etiā ī figura transeat. De sanguine eius nasci fertur Pegasus in figurā famæ cōstitutus. Uirtus enim dum terrorē amputauerit, famā generat, unde uolare dicitur, quia fama est uolucris, unde & Tiberianus, Pegasus hinniens transuolat æthrā. Ideo & Musis fontem ungula sua rupisse fertur, quod musæ ad describendū famā heroum, aut sequantur priorū aut indicent antiquorum.

De Admeto & Alceste.

**S**icut nihil benigna superius cōiuge, ita nihil infesta crudelius muliere. Quāto enim sapiens pro uiri salute suā opponit animā pignori, tanto maligna ad matiti mortē etiā suā reputat nihil. Ergo cōiuncti quantū iure cōiunctior, tantū est aut motū dulcedine mel lea, aut felle malicie toxica, est quippe aut perpetuale refugium, aut perēne tormentū. Admetus rex Græciæ Alcestem in coniugio petiit, cuius pater edictum proposuerat, ut si quis duas feras sibi dispares suo currui iungeret, ipse illam in coniugio accepisset. Is igitur Admetus Apollinem atque Herculem petiit, qui ei ad currum leonem, & aptrum iunxerunt. Itaq; Alcesten in coniugio accepit. Cunq; in infirmitatem Admetus decidisset, & morti se compserisset, Apollinem deprecatus est. Ille uero dixit se ei aliquid nolle præstare, nisi si quis se de eius propinquis ad mortem pro eo uoluntarie obtulisset, quod uxor fecit. Itaq; Hercules dum ad tricerberū canem abstrahendū descenderet, etiam ipsam de inferis leuat.

Admetum

Admetū posuere in modum mentis, ideo Admetus nuncupatus est, quasi quē adire poserit metus. Hic itaq; in coniugio Alcesten desiderat, ἀλλὰ enim græce præsumptio dicitur, unde & Humerus ait ἀλλὰ τὸν δῆιον φεστιν, οὐδὲ τις ἀλλά, nō est aliqua uirtus in mensibus, neq; aliqua præsumptio. Ergo mens præsumptionem sperans, sibi coniungi duas feras suo currui subiungat, id est, sua uiræ duas uirtutes asciscat, animi & corporis: leonem ut uirtutē animi, apertum, ut uirtutem corporis. Deniq; & Apollinem & Herculem sibi propiciet, id est, sapientiam & uirtutem. Ergo præsumptio semetipam ad mortem pro anima obiicit, ut Alceste, quam præsumptionem quamuis in periculo mortis desidentem, uirtus de inferis reuocat, ut Hercules fecit.

## FVRII PUBLII FVLGENTII MYTHOLOGIARVM LIBER II.

**S**TUDENS mi Domine tuo reverendo imperio, meam stultitiam uelut naufragio commisi iudicio, bifida ambiguitate suspensus, utrum ne lector quilibet laudet cōstructa, aut destruat laborata. Sed quia nullatenus hæc nostrum aut nomen extollunt, aut crimen officiunt, illo uidelicet pacto, quod si ab his lector melius sapit, Deum preferat, qui meliora cōcessit. Sin uero ab his minus aliquid desipit, ipsum preferat, qui ista contribuit, ergo & hæc non nostra sunt, sed eius donū, & quæ ampliora eveniunt, nō hominis, sed diuinū est largimentū. Sicut enim liuoris nota est silere quod nouerā, ita crimen non est enarrare, quod senserā, ergo si his amplius sapis, lauda mentem purissimā, quæ quod habuit nō negauit, sed si hæc ante nescieras, habes arenam nostri studii, ubi tui exerceas palestram ingenii.

De iudicio Paridis.

**P**Hilosophi tripartitam humanitatis uoluerunt esse uitam, ex quibus primam theoreticam, secundā practicā, tertiam philargicam uoluere, quas nos latine contemplatiā, actiua, uoluptariā nuncupamus, ut etiā Propheta ait, Beatus uir qui non abiit in consilio impiorū, & in uia peccatorū non stetit, & in cathedra pestilentiae non sedit, id est, non abiit, nō stetit, non sedit. Prima igitur contemplatiā est, quæ ad sapientiam & ueritatis inquisitionē pertinet, quam apud nos episcopi, sacerdotes, ac monachi, apud illos philosophi gesserunt. Quos nulla lucri cupiditas, nulla furoris insania, nullū liuoris toxicum, nullus uapor libidinis, sed tantum indagandæ ueritatis contemplandæq; iusticiæ cura macerat, fama ornat, pascit spes: secunda actiua est, quæ tantū uitæ cōmodis anxia, ornatus petax, habendi insatiata, rapiens di cauta, seruādi sollicita geritur. Plus enim quod habeat cupit, quām quod sapiat querit, nec considerat quod expediat, ubi intercedit quod rapiat. Deniq; ideo non præstat stibile, quia non uenit honeste, hanc enim uitā penes antiquos aliqui tyranni, penes nos mundus omnis gerit. Voluptaria uero uita est, quæ libidini tantūmodo obnoxia, nullum honestū reputat bonū, sed solā uitæ appetens corruptelam, aut libidine mollitur, aut homicidiis cruentatur, aut rapina succenditur, aut liuoribus rancidatur. Sed hoc penes illos Epicurei ac uoluptati, penes uero nos huiusmodi uita natura non crimen est, & quia bonum nemo gerit, nec nasci bonū licet. Id itaq; considerantes poētæ triū dearū ponunt certamina, id est, Minervā, Iunonem & Venerem de formæ qualitate certantes. Ideo uero Iouem non posse de his iudicare dixerunt, siue quod præfinitū mūdi iudicium ignorabant, siue quia in libertate arbitrii constitutum hominem crederent. Quod itaq; si uelut Deus Iuppiter iudicasset, damnādo duas, uiam tantūmodo terris uitam dimitteret. Sed ideo ad hominem iudicium transferunt, cui liberum diligendi debetur arbitrium. Sed bene pastor, quia nō ut sagitta certus, & iaculo bonus, & uultu decorus, & ingenio sagacissimus. Deniq; brutum quiddā despiciuit, & (ut ferarum ac pecudū mos est) ad libidinē potius limaces uisus intortifit, quām uirtutem aut diuitias inquisiuit. Sed quid sibi tres deæ de tribus uitarū ordinibus uendicent, edicamus,

Prīnam

## Minetua.

**P**RIMAM uitam theoreticam, quam nos in contemplanda sapientiae honore dicimus. Ideo de Iouis uertice natam dicunt, quia ingenium in cerebro possum sit. Ideo armatam, quod munita sit. Gorgona etiam huic addunt in pectore, quasi terroris imaginem, ut uit sapiens terrorem contra aduersarios gestet in pectore: Cristam cum galea ponut, ut sapientis cerebrum & armatum sit & decorum. Vnde & Plautus in Trinummo ait: Fungino genere est, capite se totum tegit. Triplici etiam ueste subnixa est, seu quod omnis sapientia sit multiplex, seu etiam quod cestata. Longam etiam hastam fert, quod sapientia longe uerbo percutiat. Triplici etiam ueste, quod omnis sapientia recta extrinsecus ratus agnoscat. In huius etiam tutela nostra uolunt, quod sapientia etiam in tenebris proprium fulgorē possideat. Inde etiam & conditricem Athenarum eam uolūt. Minerua deniq; & ἡθνη græce dicitur quasi θεος ταρπητος, id est, immortalis uirgo, quia sapientia nec mori poterit, nec corrumperit.

## Iuno.

**I**VNONEM uero actiuae præposuerunt uitæ. Iuno enim quasi à iuuando dicta est. Ideo & regnis præesse dicitur, quod hæc uita diuitiis tatum studeat. Ideo etiam cum sceptro pingitur, quod diuitiæ regnis sint proximæ. Velato enim capite Iunonem ponunt, quod omnes diuitiæ sint semper absconsæ, deam etiam partus uolunt, quod diuitiæ semper prægnaces sint, & nonnunquam abscondiunt, huius quoq; in tutelam ponunt pavum, quod omnis uitæ potentia petax in aspectum sui semper querat ornatus. Sicut enim pausus stellatū caudæ curuamen concauas, anterius facie ornat, posterioraq; turpiter nudat. Vnde & Theophrastus ait in mortalibus τὰ ἀλλα τερπιγνύθι, id est, reliqua considera, & Salomon in obitu hominis nudatio operū eius. Huic etiam itim quasi atcum pacis adiungut, quod sicut etiā ille ornatus uarios pinges arcuato curuamine momentaliter refugit, ita etiam fortuna quamuis ad præsens ornata, tamen est citius fugitiua.

## Venus.

**V**ETRIAM Venetem uoluptariæ uitæ in similitudinem posuerunt. Venerem dici uoluere aut secundū Epicureos bonam rem, aut secundū Stoicos uanam rem. Epicurei enim uoluptatem laudant, Stoici uoluptatem damnant. Iste libidinē colunt, illi libidinē nolunt, unde & ἀφροδίτη dicta est, ἀφρος enim græce spuma dicitur, siue ergo, quod sicut spuma libido mometaliter surgat, & in nihilum ueniat. Siue quod concitatio ipsa seminis spumosa sit. Deniq; ferunt poëtæ quod exercitio falce Saturni uirilibus, atq; in mare projectis, exinde Venus nata sit. Illud nihilominus respōdere uolēs poëtica uanitas, quod Saturnus græce κερόνος dicitur, κερόνος enim græce, tempus uocatur. Abscisæ ergo uires temporis, id est fructus falce quammaxime, atq; in humoribus uiscerum uelut in mate projectæ libidinem gignant necesse est. Satu ritatis, enim abundantia libidinē creat. Vnde & Terentius ait. Sine Cetero & Libero friget Venus. Hanc etiam nudam pingunt, siue quod nudos sibi affectatores dimittat, siue quod libidinis crimen nunquam celatū sit, siue quod nonnunquā nisi nudis conveniat. Huic etiam rosas in tutelam adiiciunt. Rosæ enim & rubent & pungunt, ut etiā libido. Rubet uetecundia opprobrio, pungit etiam peccati aculeo, & sicut rosa delectat quidē, sed celeri motu téporis tollitur, ita & libido libert mometaliter, & fugit perenniter. In huius etiā tutelā colubas ponut, illa uidelicet causa, quod huius generis aues sint in coitu feruidæ. Huic etiā tres Charites adiiciunt, duas ad nos conuerlas, unā à nobis auersam, quod omnis gratia simplex eat, duplex redeat. Ideo nudæ sunt Charites, quia omnis gratia nescit subtilē, sed ornatū, hanc etiam in mari natantē pingunt, quod omnis libido rerum patiarū naufragia. Vnde & Porphyrius in epigrām. ait. Nudus, egens, Veneris naufragus in pelago. Concha etiam marina pingitur portata, quod huius generis animali corpore simul aperto in coitu misceatur, sicut luba in physiologis refert.

Parcite

## De Hercule &amp; Omphale.

**P**arcite quæso iudices humanis ardoribus, quid enim puerilis aut muliebris sensus in amore efficiat, ex quo in libidinis pugna Herculea desudat uirtus. Mulieris enim illecebra maior est mûdo, quia quæ mundi magnitudo vincere nō potuit, libido cōpressit. Inuasit ergo uirtutem de criminis fœmina, quam mereri non potuit de natura. Hercules enim amauit Omphalen, quæ eum persuasit & colit delicasios eneruare contractus, & lasciuienti pollice fusi teretē rotare uertiginem. Hercules enim ἡρακλῆς græce dicitur, id est, ἀνδρῶν κλέος, quod nos latine uitorū fortium famam dicimus. Vnde & Homerus ait κλέος οἰοῦ ἀκούομεν, id est, solam famam audiuimus. Ideo & Alcei nepos dicitur. Αλκην enim græce, præsumptio interpretat. Nam & Alcmenam matrem habet, quasi ἀλκηντέρα, quod græce salfugo dicitur. Nam ex igne igneus, ut ex Ioue, & ex præsumptione ut ex Alceo auo, & ex sal sedine sapientiae, ut ex Alcmena quid nascitur nisi fortitudinis gloria: & tamen à libidine superatur, ὄμφαλος enim græce dicitur umbilicus. Libido enim in umbilico dominatur mulieribus, sicut lex diuina dicit. Non est præcisus umbilicus tuus, quasi diceret, non est peccatum tuum amputatum. Nam & matrix illic catenata constingitur, unde & epinephridia eodem loco firmandis foetibus opponuntur. Ostenditur ergo, quod libido, quamvis etiam inuestitam, possit superate uirtutem.

## De Caco &amp; Hercule.

**S**i fumum fures eruunt, quis in uolantem dum negat agnoscat: ergo aut caliginem aut fumum obiicit, ne agnoscit possit, aut in fumū uanescit substantia, quæ furtive succedit. Cacus enim Herculis boves furatus esse dicitur, quos cauda in spelunca tractos abscondit, quem Hercules presso gutture interfecit, κακός enim græce, malum dicimus, ergo omnis malitia fumum eruunt, id est, aut quod contraria sit ueritati, id est luci, aut quod acerba sit uidentibus, ut fumus oculis, aut quod semper occultas obscurasq' cauillationes obiicit. Ideo aut & duplex, quod multiformis malitia nō simplex sit. Triplici etiā modo nocet malitia, aut in euidenti, ut potenter, aut subtiliter, ut falsus amicus, aut occulite, ut impossibilis latro. Ideo etiā subtractos boves transuersis ducit uestigiis, quod omnis malignus aliena ut inuadat, transuersa defensionis uititur via. Ideo & bona Herculis concupiscit, quia omnis malignitas contraria est uirtuti. Deniq' in spelunca abscondit, quia nunquam malignitas aperta liberiore fronte sit, sed uirtus & malos interfecit, & sua vindicat.

## De Antæo &amp; Hercule.

**A**næus enim in modū libidinis ponitur, unde & ἄντιος græce, contrarium dicimus. Ideo & de terra natus, quod sola libido de carne cōcipitur. Deniq' tacta terra ualidior exurgebat. Libido enim quanto carnis cōsenserit, tanto surgit iniquior. Deniq' à uirtute gloriæ, quasi ab Hercule superatur. Nam dene gato sibi terræ tactu moritur, altiusq' eleuatus materna nō potuit mutuari suffragia, quo euidenter suæ rei fabulâ demonstrasset. Omné enim mentē dum uirtus in altum sustulerit, & carnalibus eam etiā denegauerit aspectibus, uictrix statim exurgit. Ideo etiā & diu in certamine dicitur desudasse, quia rata est pugna, quæ cum concupiscentia uitiisq' cōgreditur, sicut Plato in Moralib. ait: Sapiētes uiri maiore cum uitiis quam cum inimicis pugna gerūt. Nā et Diogenes Cynicus cum dolore ramicū torqueretur, et uidisset homines ad Amphitheatru cōcurrentes, dicebat, Qualis hominū stultitia, currit spectare feris homines repugnantes, & me prætereunt cum naturali dolore certantem.

## Tiresias.

**T**iresias duos serpentes concubentes uidit, quos cum uirga percussisset, in fœminam conuersus est. Iterum post temporis seriem eos concubentes uidit, similiterq' percussis iterum est in pristinam naturam conuersus. Ideoq' dum de amoris qualitate certamen Iuno & Iuppiter habuissent, eum iudicem quæsierunt. Ille dixit tres uncias habere uitum amoris, & nouem fœminam. Iuno itata ei lumen ademit,

Iuppiter

Iuppiter uero ei diuinitatem concessit. Græcia enim quantum stupenda mendacio, tantum est admiranda cōmento. Tiresiam enim in modū temporis posuerequa, si θεριναίων, id est, æstiuā perennitas, θέρος enim dicitur ætas: ergo ex uerno tempore, quod masculinum est (quia eodem tempore clausura soliditasq; est germinatum) dum coēuntia sibi affectu animalia uiderit, eaq; uirga, id est, feruoris æstu percussit, in fœmineum sexum conuertitur, id est, æstatis feruorem. Ideo uero æstatē posuere in modum fœming, quod omnia patescunt eodem tempore suis emergant folliculis. Et quia concipiendi duo sunt tempora, ueris & autumni, iterum conceptu prohibito ad pristinam redit imaginē. Autumnus enim ita masculino corpore omnia constingit, quo constrictis atborum uenis uitalis succi cōmertiales transennas interius stringens foliorū marculētam detundat caluitatem. Deniq; duobus diis, id est, duobus elementis arbiter quæritur igni atque aëti de genuina amoris ratione certantibus. Deniq; iustum profert iudicium. In fructificandis enim germinibus dupla aëri quam igni materia suppetit. Aët enim & maritat in gibus, & producit in foliis, & grauidat in folliculis. Sol enim maturate tantum nouit in granis. Nam (ut hoc certum sit) cæcatur à Iunone illa uidelicet causa, quod hyemis tempus aëris nubilo caligante nigrescat. Iupiter uero ocultis uaporibus cōceptionem fatim ei futuri germinis subministrat, id est quasi præscientiā. Nam ob hanc tem Ianus bistro pingitur, quod & præterita & futura respiciat.

## Prometheus.

**N**illa quærantur ultra terris munimina, dum usq; in cœlū peruenient futta, aut quæ securitas erit argeti & aurii, ubi flamma potuit inuolati: Prometheū aiunt hominem ex luto finxisse, quem quidem inanimatum atq; insensibilem fecerat. Cuius opus Minerua mitata, spopondit ei, ut si quid uellet de cælestibus donis ad suū opus adiuuandū inquireret. Ille nihil se scire ait, quæ bona in cæstibus haberetur, sed si fieri posset, se usq; ad superos eleuatet, atq; exinde si quid suæ figuræ congruum cernetet, melius initet, id est, propter septem liberales artes, uel propter septem planetas, qui in aëre currunt, oculatus arbiter præsumpsisset. Illa inter oras septemplicis clypei sublatum, caelo opificem detulit. Dumq; uideret omnia cælestia flammatis animata uegetare uaporibus, clam ferulam phœbeacis applicā rotis, ignem furatus est, quem pectusculo hominis applicans animatum reddit corpus. Itaq; ligatum eum uultu fera iecur perenne præbentem, ut Nicagoras in Disthemitea libro, quæ scripsit, primum illum formasse idolum refert, ex eo quod uultu iecur præbeat, liuoris quasi pinxit imaginem: unde & Petronius arbiter ait, cui uultur iecur ultimum pererrat, & peccatis trahit, intimasq; fibras. Non est, quem tepidi uocant poëtæ, sed cordis mala, liuor atq; luxus: nam & Aristoxenus in Epimetheorum libro, quem scripsit similia profert. Enim uero Prometheum quasi προμήθεα, quod nos latine prouidentiam dicimus, ex dei prouidentia & Minerua, quasi cælesti sapientia hominem factum. Diuinum uero ignem, quem uoluere, animam monstrant diuinitus inspiratam, quæ apud paganos dicitur de cœlis tracta. Iecur uero Prometheum uultu præbentem, quod nos cor dici-  
mus, quia in corde aliquanti philosophorum dixerunt esse sapientiam. Vnde & Iuuenalnis ait, Si leua in parte papillæ nil salit Arcadico iuueni. Deniq; uulturem in modum mundi posuere, quod mundus celeri quadam uolucritate uersetur, & cadauerū nascen-  
tium, occidentiumq; perennitate depascitur. Itaq; aliter ac sustentatur diuinæ prouiden-  
tia sapientiæ, quæ nec ipsa finiri nouit, nec mundus cessare ab eius elemētis aliquatenus possit. Deniq; Pandoram dicitur formasse, pandora enim græce omnium munus dici-  
tur, quod anima munus sit omnium generale.

## Adulterium Veneris.

**I**vste uel sol Veneris depalat adulterium, quatenus luna solet eius celare secretum. Venus enim cum Marte concubuit, quam sol inueniēs Vulcano prodidit. Ille adamante catenas effecit, ambosq; religans dis turpiter iacentes ostendit. Illa dolens quinque filias

filias Solis amore succedit, id est enim Pasiphaen, Medeam, Phaedram, Circen, Dircen. Quid sibi de hoc poetica alludat garrulitas inquiramus: perstant nunc in nostra de hac fabula vita certa admodum testimonia. Nam virtus corrupta libidine sole teste appetet, unde Ouidius in Metamorphoseon ait: Videt hic Deus omnia primus. Quae quidem virtus corrupta libidine turpiter catenata ferooris constructione tenetur. Haec itaq; quinq; Solis filias, id est, quinque humanos sensus luci ac veritati deditos, quasi solis foetus hac corruptela fuscatur, ob hanc rem etiam huiuscemodi nomina quinq; ipsis Solis filiabus uoluere. Primam Pasiphaen, ut uisum quasi *τεσιφωνη*, quod nos latine omnibus apparentem dicimus. Visus enim reliquos quatuor sensus inspicit, quia & eum qui clamat uidet, & palpando notat, & degustando aspicit, & odorando intendit. Secundam Medeam, quasi auditum, hoc est, *μυδεν ιδεα*, quod nos latine nullu; visione dicimus. Quarta Phaedra quasi odoratus, uelut si dicatur *φρεων οδυνη*, quasi afferens suavitatem. Quinta Ditce, saporis index, quasi *θευονγινη*, quod nos latine acre iudicans dicimus.

De Vlyxi & Sitenis.

 Irenes graece tractatoriæ dicuntur. Tribus enim modis illecebra amoris trahitur, aut cantu, aut uisu, aut consuetudine. Amatur enim quædam specie ue- nustate, quædam etiam lenocinante consuetudine. Quas Vlyxis socii obtutatis auribus transeunt. Ipse uero religatus transit. Vlyxes enim graece quasi *ολωρ γενεος*, id est, omnium peregrinus dicitur. Et quia sapientia ab omnibus mundi rebus peregrina est, ideo astutior Vlyxes dictus est. Deniq; Sitenas, id est, delectationu illecebras & audiuit & uidit, id est, agnouit & iudicauit, & tamen transit nihilominus. Ideo quia audite sunt, mortuæ sunt. In sensu enim sapientis omnis uoluptatis affectus emoritur. Ideo uolatiles, quia mentes amantium permeant celeriter. Inde gallinaceos pedes, quia libidinis affectus omnia quæ habet, spargit. Deniq; & Sitenes dictæ sunt, *συγεια* enim graece traho dicitur.

Scylla.

 Cyllam ferut virginem pulcherrimam, quam Glaucus Antedonis filius amat, quæ Circe Solis filia diligebat, irataq; Scyllæ fonte, in quo lauari solita era- uenenis infecit. Vbi illa descendens ab inguine lupis canibusq; matinis inserita est. Scylla enim graece quasi *σκύλλα μονη* dicta est, quod nos latine confusione dicimus, & quid confusio nisi libido est: quam libidinæ amat Glaucus, *γλαυκος* enim graece lusciosus dicitur, unde & glaucomata dicimus cæcitatem: ergo omnis qui luxuriæ amat, cœcus est. Nā & Antedonis filius dictus est. Antedon enim graece, quasi antidon, quod latine contraria uidens dicimus, ergo lippitudo ex contraria uisione nascitur. Scylla enim in modu ponit meretricis, quia omnis libidinosa, canibus lupisq; in- guina sua necessæ est misceat. Iuste ergo lupis & canibus mixta, quia nescit sua alienigenæ deuorationibus saturare secreta. Sed hanc Circe odisse dicitur. Circe, ut ante dictu est, manus diiudicatio uel operatio nuncupatur, quasi *χειρων κριτη*. Laborem enim manu & operationem libidinosa mulier non diligit, sicut Terentius ait, A labore procluem ad libidinem accipit conditionem, de hinc quæstum occipit, hanc etiam Vlyxes innocuus transit, quia libidinem sapientia contemnit.

De Mida rege & Pactolo fluuio.

 Ida rex Apollinem petuit, ut quicquid tetigisset, aurum fieret. Cumq; prome tuisset, munus in ultionem conuersum est, coepitq; sui uoti effectu torque ri. Nam quicquid terigerat, auru statim efficiebatur. Erat ergo necessitas au tea, locuplesq; penuria, nam & cibus & potus rigens auri materia marmo- rabat. Itaq; Apollinem petit, ut mala desiderata conuerteret. Responsoq; accepto, ut ter- tio caput sub Pactoli fluminis undas subderet. Quo facto, Pactolus deinceps arenas au- teas trahere dicitur. Sed euidenter poetæ alluserunt argutiam, illa uidelicet causa, quod omnis appetitor avaritiae, cum omnia pretio destinat, fame motitur, quod & Mida rex

erat. Sed collecta pecuniarum summa, ut Sosocrates Cigizenus in libris historiæ scribit, quod omni censu suo Mida rex Paetoli fluuum (qui in mare curtere solitus erat) per innumerabiles meatus ad irrigandam prouinciam detiuauit, suaq; expensa avaritia fluum fertilem reddidit, Mida enim græce quasi μνάσης ιδων, id est, nihil sciens. Auatus enim tantum stultus est, ut sibi prodeste non norit.

### De Vulcano & Minerua.



Vlcanus cum Ioui fulmen efficeret, ab Ioue promissum accepit, ut quicquid uellet praesumeret. Ille Minerua in coniugium petuit, Iupiter impetravit, ut Minerua armis uirginitatem defendisset. Dumq; cubiculū introirent, certando Vulcanus semen in pauimētū eiecit, unde natus est Erichthonius, eis enim græce certamen dicitur, χθὼν χθονός uero terra nuncupatur: quē Minerua in cista abscondit, draconemq; custode apposito, Aglauto & Pandoræ cōmendauit: qui primus curum reperit. Vulcanum dici uoluere, quasi furiæ ignem, unde & Vulcanus dicitur, ueluti uoluntatis calor, quasi θυελλαίς πεπνος. Denique Ioui fulgura facit, id est, furor em conicit. Ideo uero eum Minerua coniungi uoluerunt, quod furor etiam sapientibus subrepit. Illa uero armis uirginitatem defendit, hoc est, omnis sapientia integritatē motum contra futiam uirtute animi vindicat, unde quidem Erichthonius nascitur, eis enim græce certamen dicitur, χθὼν uero nō solū terra, quantū etiam inuidia dici potest, unde & Thales Milesius ait, ἡ χθὼν οὐρανὸς κοσμικὸς φύσις, id est, inuidia mūdanæ gloriae cōsumptio, & quid nam aliud surripiens sapientię furor generate poterat nisi certamen inuidiae: Quod quidē sapientia, id est, Minerua abscondit in cista, id est, in corde celat: ergo Minerua draconem custodē apponit, id est, perniciem, quē quidem duabus cōmendat uirginibus, id est, Aglauro, & Pandoræ. Pandora enim uniuersale dicitur munus. Aglauro uero quasi ἀχόλυθος, id est, tristitia obliuio. Sapiens enim dolorem suum aut benignitati cōmendat, quē omniū munus est, aut obliuioni, sicut de Cælare dictum est. Qui obliuisci nihil amplius soles quam iniutias. Deniq; cum Erichthonius adolesceret quid inuenisse dicitur: nihilominus currum, ubi inuidia semper certamen est. Vnde Vergilius, primus Erichthonius currus, & quatuor ausus iungere equos. Inspicie quantum ualeat cum sapientia iuncta castitas, cui flammatur non p̄tualuit Deus.

Dionysius.



Vpiter cum Semele concubuit, de qua natus est Liber pater, ad quā cum fulmine ueniens crepuit. Vnde pater puerū tollens in se more suo misit, Maroni postea nutriendum dedit. Hic Indiam debellauit, & inter deos deputatus est. Itaq; cum Semele quatuor sorores appellatae sunt, Ino, Autonoë, Semele & Agae. Quid sibi hæc fabula sentiat, exquiramus. Quatuor sunt ebrietatis genera, id est, prima uinolentia, secunda terum obliuio, tertia libido, quarta insania. Vnde & nomina hæc quatuor Bacchæ acceperunt, Bacchæ dictæ sunt quasi uino uacantes: prima Ino, οῖνος græce, latine uīnū dicimus: Secunda Autonoë quasi αὐτερόν, id est, seipsum nō cognoscens: tertia Semele quasi σωμαλνος, quod nos latine corpus solutū dicimus, unde & ipsa genuisse Liberū patrem dicitur, id est, de libidine nata ebrietas: quarta Agae, quæ ideo insanæ comparatur, quod caput filii violenter abscedit. Liber uero pater dietus est, quia uini passio liberas mentes faciat. Indos uero uicisse, quod hæc gens ualde sit uino dedita, duobus scilicet modis, siue quia feruor solis eos faciat potare, siue quia ibi sit seraptem uinum, uel metoitanum: cuius uini tanta uirtus est, quo uix quilibet ebriosus sextarium toto mense bibat. Vnde & Lucanus ait. Indomitum Meroe cogens spumare falernum, aqua enim omnino domari non potest. Maroni etiam Dionysius nuttiendus datur, quasi Meroni. Mero enim omnis nutritior uinolentia. Hic etiam tigribus dicitur infedere, quod omnis uinolentia fertati semper insistat. Siue etiam quia uiuere efferatæ mentes mulceatur, unde & Liæus dicitur quasi lenitatem p̄ficiens. Iuuenis uero ideo pinguit Dionysius, quia nunquam ebrietas matura est. Ideo etiam nudus, quia

quia omnis ebriosus interuertendo nudus remaneat, aut mentis suæ secreta ebriosus nudet.

## De Cygno &amp; Leda.



Vamuis iti omnibus libidinis amor turpior sit, nunquam tamē deterior erit, quācum se honorato miscuerit. Libido enim honestatis nouerca, dū quid expedit nescit, semper est maiestati cōtraria. Qualis enim diuinitas eius quā sit, quod esse uelit, ne quidem quod fuerat esset, conuersus in cynum cum Leda concubuit, quæ peperit ouum. Vnde nati sunt tres, Castor, Pollux, & Helena. Sed hæc fabula mystici saporem cerebri concipit. Iuppiter enim in modum potentiae ponitur, Leda uero dicta est quasi λοισθη, quod nos latine, aut iniuriam, aut conuictum dicimus: ergo omnis potentia iniuriæ mixta, speciem suæ generositatis mutat. Ideo uero in cynum conuersus dicitur, quod ferunt physiologi quammaxime Melissus Euboicus, qui omnium physiologorum sententias disputauit, huius generis auem conuictis ita esse plenam, ut ipsa aue clamente, reliquæ aues taceant, quæ præsto fuent, unde & olor dictus est, quasi ab oligoria tractum, quod nos latine iniuriam dici mus, ergo quotiescumq; nobilitas in iniuriam uergit, conuictis misceatur necesse est. Sed quid ex hac re concipitur, uideamus. Nihilominus ouum, quia sicut in ovo omnis sortities, quæ purgari potest in igne, cōtinetur intinsecus. Ita etiam in effectu iniuriæ omnis est immūditia, sed ex hoc ovo generātur tres, Castor, Pollux, & Helena. Nihilominus seminatum scandali & discordiæ, sicut antea diximus, & geminū luctū concussit adultera mundo. Castorem uero & Pollucem, quasi in modū perditionis ponunt, unde & in mari Castorum signa dixerunt, quæ periculū creant. Nam ob hanc rem etiam ambos alternatim resurgere, atq; occidere dicunt, quod superbìa nonnunquā uiuat, nōnunquā occidat. Vnde & ὑπερφωνία græce, superbìa dicitur, sed ὑπερφωνία proprie superaparitio dicitur, quia in istis duobus signis quæ eorū uocabulo fratrū nuncupauere, unus super appareat, alter uergat, sicut lucifer, & antifer, nam græce pollux, ἡλίος τὸ ἀπόλληδι id est à perdendo, & castor quasi κακὸν ὑστρογύ, id est, malum extremum.

Ixion.

**Q**ui plus querit quām licet esse, minus erit quām est. Ixion igitur coniugium Iunonis affectas, illa nubē ornauit in speciem suam, cum qua Ixion coiens centauros genuit. Sicut nihil latina gratiosius ueritate, ita nihil græca falsitate ornatus. Deniq; Ixionem dici uoluere, quasi axionem, ἄξιωτης enim græce dignitas dicitur. Dea uero regnorū Iuno est, ut pridem diximus, ergo dignitas regnū affectans nubem meretur, id est, similitudinē regni. Regnū enim illud est, quod perenniter duratutum est. At uero cui temporis fugitiua uis inuidet, pinnatisq; celertima rapibus momentaneæ felicitatis figuræ potius quām ueritatē ostendēs, uentositatis inanem specie presumit. Deniq; Beatinus augur dicere solitus erat, diuersatū utbium hono rest somnialiter peragit utbīcario mimologo, & quāuis utraq; nihil agere dixerit, tamen hoc Rhomæ præstare uisus est, quod ex parte quidem ueros honores, sed risorios, sed ci tius fugitiuos. Credo enim quod de Theophilī philosophi sententia legerat dicentis, μή μος οὐ βίος, id est, mīmus uita. Nunc ergo fabulā repetamus. Dromocrides in Theogonia scripsit Ixionem in Græcia primum regni gloriam affectasse, qui sibi centum equites primus omniū acquisiuit. Vnde & Cēauti dicti sunt quasi centū armati. Deniq; Centhipi dici debuere, ex quo etiam equis mixti pinguntur, sed ideo centum armati: qui quidem Ixion paruo tempore celere regnū adeptus, dehinc regno expulsus est. Vnde & eum ad rotam dannatum dicit, quod omnis rotæ uertigo, quæ superiora habet modo dei ciat. Ergo ostendere hic uoluerunt, quod omnis qui per arma, atq; uiolentiam regnum affectant, subito erectiones, subito elisiones sustineat, sic ut tota, quæ stabile nō habet ali quando cacumen.

Tantalus.

Tantalum dicunt in lacum inferni depositum, cui fallax aqua gulosis labia titilla mentis attingit, poma quoq; fugitiuis cinerescentia tactibus desuper facient us ap patent pendula. Ergo hic locuples uisus & pauper effectus, ita se illa unda fallax præbet,

similiter  
rubricatio

at sitiat, ita se poma ingerūt, ut esuriat: hanc fabulam Petronius breuiter exponit, dicens:  
Nec bibit inter aquas, nec poma patentia carpit  
Tantalus infelix, quem sua uota premunt.  
Divitis hæc magni facies erit, omnia late  
Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.

De Proserpina & Endymione.

**D**ynam ideo ipsam uoluerunt etiam apud inferos Proserpinā dici, seu quod nocte luceat, seu quod humilior currat, & terris præsit, illo uidelicet pauci, quod detrimenta eius & augumenta non solum terra, sed & lapides, uel cœbra animantiū & (quod magis incredebile fit) etiam lætamina sentiant, quæ in lunæ clementis electa uermiculos parturiunt, ortis ipsam etiam Dianam nemoribus uolunt simili modo, quod arborum & fruticum succo augumenta inculcat. Denique clementis lunæ abscisa ligna furfuraceis tinearū terebraminibus fistulescunt. Nemo ribus quoq; adesse dicitur, quia omnis uenatio plus nocte pascatur, dieq; dormiat. Endymionem uero pastore amasse dicitur, duplo scilicet modo, seu quod primus hominum Endymion cursum lunæ inuenierit. Vnde & xxx. annis dormisse dicitur, qui nihil aliud in uita sua, nisi huic repertioni studuit, sicut Mnaseas in primo libro de Europa scribens tradidit, siue pastore Endymionē amasse ferē, quia nocturni toris humor, quæ taportia siderū atq; ipsius lunæ animadis herbarū succis insudat, pastoralibus prosit successibus.

## FVRII PVBLII FVLGENTII MYTHOLOGIARVM LIBER III.



Nscientia formidolosa suspectio semper excusandi querit suffragia. Quo quicquid ignorantia incurSIONUM mater peccauerit, id ueniae absoluat petatio, quæ culpas uestire consuevit. Sed quia nunquam de se male aestimat sermo, qui ad amanē iudicem mittitur, id circa meq; simplicitatis negotiū tuo Domine purissimo cōmisi iudicio, fretus quicquid absurdè digestum est, non ut inuidus detrahis, sed ut doctissimus corrigit.

Bellerophon.

**B**ellerophon rex uxorem habuit Antiam nomine, quæ amauit Bellerophontem, cui dum ob stupri cauissam mandasset, ille noluit: quæ marito criminata est. Ille eum ad chimerā interficiendā misit per socerū suū. Quam Bellerophon equo Pegaso residens interfecit, qui de Gorgonis sanguine natus fuerat. Bellerophonta posuerunt, quasi βελιφόροντα, quod nos latine sapientia consiliatore rem dicimus, sicut Homerus ait, ὁ χρὴ παννύχιον εὐθειγές βελιφόρος ἀνδρας, id est, nec decet tota nocte dormire consiliatore tuū. Nam & Menáder similiter in dissexapoto comœdia ita ait, βελιφόρες ὑμᾶς οὐδὲ μᾶς πρόλαβεσθε ὄρεστη, id est, consiliarie nostram de mea præoccupauisti uisionem. Nam ut hoc certum sit Homerus in fabula eiusdem Bellerophontis ita ait, πάθ’ αγαθὰ φρονίσοντα διείφρονα βελιφόροντη, id est, bona cogitantū sapientissimū consilium: spernit libidinem, id est, Antiam, αντιοῦ enim græce contrariū dicitur, sicut antichristum dicimus, quasi αντιοῦ τῷ χριστῷ, id est, contrarius Christo. Vide itaq; cuius uxor Antias dicatur, nihilominus Proeti, Proetus Pamphila lingua sordidus dicitur, sicut Hesiodus in Buccolico ludicro scribit dicens, id est, sordidus uarū bene calcatarū sanguineo rore, & cuius uxor est libido nisi sordidi? At uero Bellerophon, id est, bona cōsultatio qualē equū sedet nisi Pegasum: quasi pegaseon, id est, fonte æternū. Sapientia enim bona cōsultationis æternus fons est. Ideo pénatus, quia uniuersam mundi naturā celetri cogitationum theoria colluistrat. Ideo & musarū fontem ungula sua rupisse fertur. Sapientia enim dat musis fontem, ob hanc rem etiā sanguine Gorgoneo nascitur. Gorgon enim pro terrore ponitur. Ideo & Mineruæ pectore fixa est, sicut Homerus in xiii. ait: \*

Ergo hic

Ergo hic duplex assertatio est. Aut enim terrore finito sapientia nascitur, sicut de sanguine, id est, de morte Gorgonis pegasus, quia stultitia semper est timida, aut initium sapientiae timor est, quia & magistri timore sapientia crescit, & dum quis famam timuerit, sapiens erit, unde & chimeram occidit. Chimera enim quasi κύμης ἔρως, id est, fluctuatio amoris. Ideo etiam triceps chimera pingitur quia amoris tres modi sunt, hoc est, incipere, perficere, & finire. Dū enim amor nouiter uenit, ut leo feraliter inuidit, unde & Epicamus comicus ait, Λαούσσες ἔρως λεότερά μουνές λαλέρος, id est, dominator cupidus leotēa uitute presumptior. Nā & Vergilius in georgicis tetigit dicens. Catulorum oblita leæna sœuior errauit campis. At uero capra quæ in medio pingitur, perfectio libidinis est, illa uidelicet causa, quod huius generis animal sit in libidine ualde proclivum. Vnde Vergilius in buccolicis ait, hæc dīq̄ petulci. Ideo & satyri cum caprinis cornibus depinguntur, quia nunquam nouere saturari libidine. At uero quod dicitur, postremum draco, illa ratione ponitur, quia post perfectionem uulnus det pœnitentiae, uenenumq̄ peccati, erit enim hic ordo dicendi, quod primum sit in amore inchoare, secundū perficere, tertium uero pœnitere de perfecto uulnere.

Perdix.

**S**emper delicata consuetudo laborioso fert præiodicium operi, & mollitur educatu, dum quod non optat euenerit, pœnitentiā creat. Melius est enim labotare partiliter, securius edoceri, quā ex necessitate ueniente repentaliter perterriti. Perdicem ferunt uenatorem esse: qui quidem mattis amore correptus, dū utting & immodesta libito ferueret, & uerecūdia noui facinoris reluctaretur: cōsumptus, atq̄ ad extremā labem deductus esse dicitur. Primus etiam serram inuenit, sicut Vergilius ait: Nam primi cuneis scindebant fissile lignum. Sed ut Fenestella Martialis scribit, hic primum uenator fuit. Cui cum ferinæ cædis cruenta uastatio, & solitudinem uaga bunda errando cursilitas displiceret, plusq̄ etiā uidens contheroletas suos, id est, Actæonem, Adonin, Hippolytum miserandæ necis functos interitu, artis pristinæ affectui mitiens repudium, agriculturam affectatus est, ob quam rem matrem quasi terrā omnium geniticem amasse dicitur. Quo labore consumptus etiam ad maciem peruenisse fertur, & quia cunctis uenatoribus de pristinæ artis opprobrio detrahebat, serram quasi malloquium dicitur repperisse. Matrem etiam Polycasten habuit, quasi polycarpen, quod nos latine multifructam dicimus, id est, terram.

Actæon.

**C**uiositas semper periculorū germana, detinēta suis amatotibus nouit magis parturire quām gaudia. Actæon deniq̄ uenator Diana lauantē uidisse dicitur, qui in ceruū cōuersus, à canibus suis nō agnitus, eorū mortibus deuoratus est. Anasimenes (qui de picturis antiquis differuit) in libro. ii. ait ue nationem Actæonē dilexisse, qui cum ad maturā peruenisset atatem consideratis uenationum periculis, id est, quasi nudā artis suæ rationē uidens, timidus factus est, unde & cor cerui habere dicit, unde et Homerus ait, οἰνοθέης, κυνὸς ὅμιλος ἔχει, πρεσβύτης δὲ ἐλάφοιο, id est, ebriose, oculos canis habens, & cor cerui. Sed dum periculū uenandi fugeret, affectum tamen canum nō dimisit, quos inaniter pascēdo pene omnē substantiā perdidit, ob hanc rem à canibus suis deuoratus dicitur esse.

De Hero &amp; Leandro.

**A**MOR cum periculo sepe concordat, & dum ad illud solū natat quod diligit, nunq̄ uidet, quod expedit, ἔρως enim grece amor dicitur, Leandron uero dici uoluerunt, quasi λύσιμον αὐθῶν, id est, uirotū solutionē. Solutio enim uiri amorē parturit. Sed natat nocte, id est, obscurō tépotentat pericula. Hero quoq; in amoris similitudine singitur lucernā ferre: & quid aliud amor nisi flamman fert, & desideranti periculosam uiam ostendit, cito tamen extinguitur, quia iuuenilis amor non diu perdurat, deniq̄ nudus natat, illa uidelicet causa, quod suos affectatores amor & nudate nouerit & periculis, sicut in mari iactare: Nam extinta lucerna, utriusq; mors est procurata maritima, hoc in euidenti significans, quod in utroq; sexu uapore ætatis extincto, libido cōmoritur: in mari uero mortui feruntur, uelut in humore frigide senectus, omnis em̄ caloratæ iuuētutis ingniculus tepidę ueterinositatis algescit in senio.

Decepta

## De Berecynthia &amp; Atti.

**D**ecepta Græcia credulitate demonū potiusquā deorū, nunq̄ deterius suis dis reponeret, quā ut eorū matrem ueterno lassum anum, non solū puerilē amātu, quantū etiam fingeret zelotipam. Tantū enim zeli succensa anus inuidiosa flagravit, quæ nec suis utilitatibus furosa pepercit, ut unde fructū sperabat libidinis, illud ueterana succideret merettix. Et quāuis apud muliebres animos libido obtineat regnū, tamen etiā in uicta libidine zelus obtinet dominatū. Berecynthia enim mater deorū Attin puerum formosissimū amasse dicitur, quē zelo succensa castrando semimasculū fecit. Quid ergo sibi in his Græcia sentire uoluerit, edicamus. Berecynthiam dici uolueret, quasi mortuā dominā. Ideo matrem deorū, quod deos nuncupari per superbiam uolueret: Ideo eos in olymbo habitantes quasi excelsos & superbos, ideo & dæmonas nuncupant secundū Homerū, qui dicit μετὰ θαύμονας ἄλλους, id est, post deos alios, θάυμας enim græce populus dicitur, is dicitur unus, & quia populos subdere cupiebant, & soli super populos esse, dæmones dicti sunt. Ideo & apud Romanos Indigetes. Ergo Berecynthiam montibus præesse dixerūt Bernicynthos. Cynthiam enim Attica lingua flos nūcupatur, unde hiacynthus dicitur quasi ἵακυνθος, quod nos latine solus flos dicimus quasi omnibus perfectior. Nam & Epicarmus ita ait: παγκάρπιος σέφανος, οὐ ποὺς ἀκτῶν προσεπήλαι οὐ χυτάλος, id est, florigera corona, atq; è littoribus procedit chrysalus. Itaq; flore quamvis quilibet amet, tamen abscondit, ut Berecynthia in Attin fecit, tathis enim græce flos dicitur, ut Sosides Atticus in libro theologumenon quē appellauit, scribit matrem deū, in modū potētiae uoluit ponī, unde Cybele dicitur quasi cydos baleon, id est, gloriæ firmitas, unde & Homerus ait: cui Iuppiter gloriā donauerat, ergo ideo turrita pingitur, quod omnis potentiae elatio sit in capite. Ideo leonū currui præsidens, quia omnis potētia regno ornata sit. Sceptrū etiā fert, quod omnis potentia vicina regno sit, ob hanc rem etiā mater deū dicta est, illud nihilominus ostendere uolētes, quod siue Indigetes, siue di, siue dæmones apud antiquos à diuitiis dicti sunt, ergo potētia diuitū mater est, unde & Homerus Agaménonem cōsiderans ait: ἀπρέιδη τέοδ' αὐτὸν ἐπιμέμφεσσιν τετίξε. Nec non etiā Euripides consimilans Tantalū Ioui in tragœdia Electrē ait, beatus ille, nec inuideo fortunas eius Iouis æqualis, ut dicitur Tantalus, ergo potentiae gloria semper & amore torretur, & liuore torquetur. Citōq; abscondit quod diligit, dum tamen amputet illud, quod odit: Deniq; omnis nūc usq; potētia nescit circa suos diuturnū seruare affectum, & quod amauerit cito, aut zelando amputat, aut fastidiendo horrescit, & Attin dici uoluerunt quasi εἴος, εἴος enim græce consuetudo dicitur, ergo quantuscunq; amor sit, potentibus stabilis esse non nouit.

## De Psychi &amp; Cupidine.

**A**puleius in libris metamorphoseon hanc fabulā planissime designauit, dicēs esse in quadā ciuitate regē & reginā, habere tres filias, duas natu maiores, esse temperata specie, iuniorem tam magnificæ esse figuræ ut crederetur Venus esse terrestris. Deniq; duabus maioribus quæ erant temperata specie, connubio uenere, illā uero ueluti deā non quisquā amare ausus, q̄ uenerati pronus, atq; hostis sibimet deprecari. Cōtaminata ergo honoris maiestate. Venus succensa inuidia, Cupidinem petit, ut in contumacē formā sacerdoterū uindicaret. Ille ad mattis ultionē adueniens, uisam puellā adamauit, pœna enim in affectū conuersa est, & ut magnificus iaculator ipse se suo telo percussit. Itaq; Apollinis denunciatione iubetur puella in montis cumine sola dimitti, uelut feralibus deducta exequiis, pénato serpenti sposo destinati, perfecto namq; choragio puella per montis declivia zephyti flantis leni uectura delapsa, in quandā domū auream rapitur, quæ pretiosa sine pretio, sola cōsideratione laude deficiente poterat existimari. Ibiq; uocibus tantummodo seruentibus, ignota atq; mansionario utebatur coniugio. Nocte enim adueniēs matitus, Veneris præliis obscure peractis, ut in uise uespertinus aduenerat, ita crepusculo incognitus etiā discedebat. Habuit ergo uocale seruitū, uentosum dominiū, nocturnū cōmercitum, ignotū cōiugium. Sed

Sed ad huius mortem defleudam sorores adueniunt, montisque consenso cacumine germanum lugubri uoce flagitabant uocabulum, & quamuis ille coniunx lucifuga sororios ei comminando ueraret aspectus, tamen consanguineae charitatis inuincibilis ardor maritale ob umbrauit imperium. Zephyri ergo flagrantis autem anhelante ueratura ad semet sororios perducit affectus, eatumque uenenosis cōsiliis de mariti forma quærenda consentiens curiositatem suæ salutis nouercam attipuit, & facillimam credulitatem quæ semper deceptionum mater est, postposito cautelæ suffragio attipuit, denique credes sororibus se marito serpenti coniuncta, uelut bestiam interfectura nouaculam sub pulu[n]ari abscondit, lucernamque modio contegit. Cumque altum soporem maritus extenderet, illa ferro armata lucernaque modio custodita eruta, Cupidine cognito dum immodesto amoris torretur affectu, scintillantis olei desputamēto maritū succendit. Fugiensque Cupido multa super curiositate puellæ incipit, domo extorrem ac profugam dereliquit. Tandem multis iactata uenenis, persecutionibus, postea loue petente in cōiugio Cupidinem accepit. Poteram quidem totius fabulae ordinem hoc libello percurrere, qualiter & ad infernum descendenterit, & ex stygiis aquis undam delibauerit, & solis armata uellere spoliauerit, & seminum germina confusa discreuerit, & de Proserpinæ pulchritudine particularum moritura præsumpscerit. Sed quia haec saturantius & Apuleius pene duotū continentia librorū tantam falsitatem congeriem enarrauerit, & Aristophantes Athenœus in libris, qui dysereſtia nuncupatur hanc fabulam enormi uerborū circuitu discere cupientibus prodit, ob hanc rem superuacuū duximus ab aliis digesta nostris infestere libris, ne nostra opera aut propriis exularemus officiis, aut alienis adiiceremus negotiis. Sed dum his, qui fabulâ legent in nostra haec transeat, scitutus quod sibi illorū falsitas sentire uoluerit. Civitatem posuerunt quasi in modū mudi, in qua regem & reginam uelut Deum & materiam posuerunt, quibus tres addunt carnem ultrometantem, quam libertatem arbitrii dicimus, & animam, Υψη enim græce anima dicitur, quam ideo iuniorē uoluerit, quod corpori iam facto postea inclytā esse dicebat. Hanc igitur ideo pulchriorē quod & libertate superior, & carne nobilior, huic inuidet Venus, quasi libido, ad quā perdēdam cupidinē mittit. Sed quia cupiditas est boni & mali, cupiditas animam diligit, & ei uelut in coniunctione miscetur, quā persuadet, ne suam faciē uideat, id est, cupiditatis delectamenta discat, unde & Adam, quamuis uideat nudū se, non uidet donec de cōcupiscentiae atbole comedat. Nē ue suis sororibus, id est, carni & libertati de suæ formæ curiositate perdiscenda consentiat, sed illarū compulsaū percita, lucerna desubmodio eius cit, id est, desiderii flammam in pectore absconsam depallat, uisam taliter dulcem amat, ac diligit, quam ideo lucernæ ebullitione dicitur incedisse, quia omnis cupiditas quantum diligitur tantum ardescit, & peccatricem suæ carni configit maculam, ergo quasi cupiditate nudata ex potenti fortuna eruitur, & periculis: iactatur, & regia domo expellitur. Sed nos quia longum est ut dixi omnia persequi, tenorem dedimus sentiendi. Si quis uero in Apuleio ipsam fabulam legerit, nostra expositionis materia, quæ non diximus ipse reliqua cognoscet.

## De Peleo &amp; Thetide.



Hetidem dici uoluerunt aquam, Iuppiter, quasi deus, coniugit Peleo, πελος enim græce lutum dicitur, ergo terram cum aqua commixtam uolunt homines genuisse, unde & Iouem cum Thetide uoluisse concumbere dicunt, & prohibitum esse ne maiorem se genuisset, qui eum de regno expeleret. Ignis enim, id est Iuppiter, si cum aqua coeat, aquæ uitute extinguitur. Ergo in coniunctione aquæ & terræ, id est, Thetidis & Pelei discordia sola non petitur, illa uidelicet causa, aut quod concordia utrotumque elementorum homo gignatur. Nam & in competentia illa indicat, quod Peleus, ut terra, id est, caro, Thetis ut aqua, id est humor, Iuppiter qui utraque gignit, ut ignis, id est anima, ergo in cōceptione hominis & elementorum iugalitates tres (ut supra diximus) uitæ certatut. Nam & discordia malum aureum iecisse dicitur, id est, cupiditatē, illa uidelicet causa, quod in malo aureo est quod uideas,

non est quod comedas. Sicut cupiditas nouit habere, non nouit frui. Omnes etiam deos Iuppiter ad nuptias dicitur conuocasse, illa de causa, quod putarent ethnici singulas partes in homine deos singulos obtinete, ut Iouem caput, Mineruam oculos, Iunonem brachia, pectus Neptunū, cinctum Martē, renes & inguina Venerē, pedes Mercuriū, Sicut Democrites in physiologumenon scripsit, unde & Homerius ait, ομητας ιη κεφαλην πελος δι τερπικεραυνω, αρει ή ζωνη, σέγνου ή ποσειδάωνι, id est, caput & oculos similes Ioui fulmine delectanti, Marti cingulū, & pectus Neptuno. Nā & Tyberianus in Prometheus ait, deos singula sua homini tribuisse. Deniq̄ natū Achillem uelut hominē perfectum, mater in aquas intingit stygias, id est, durū contra omnes labores munit, solum ei talum nō tetigit, nihilominus illud physicū significare uolentes, quod uenae, quæ in talo sunt, ad tenum, fœmorū, atq̄ uitilium rationem pertineāt, unde aliquæ uenae usq; ad pollicē tendunt, quod tractatēs & physici et mulieres ad obtinendos partus, & ischia eos eodē phlebotomāt loco, & emplastramentaticū, quem stisidē Africarus in astrophistis uocauit, pollici & talo imponendū præcepit. Nam & Orpheus illū esse principalem libidinis indicat locū. Nam deniq̄ in entherocilicis & iisdem locis cauteria ponenda præcipiunt. Ergo monstrat quod humana uirtus, quāuis ad omnia munita, tamen libidinis ictibus subiacet patula, unde & ad Licomedis regiam datur ut nutritetur, quāsi ad luxurię regnū. Licomedē enim græce quasi γλυκύ μηδέν, id est, dulce nihilū. Omnis enim libido & dulcis & nihil est, deniq̄ & amore Polyxenae perit, & pro libidine per talum occiditur. Polyxene enim græce multorū peregrina dicitur, seu quod amor peregrinati faciat metes ab igenous suo, seu quod apud multos libido (ut peregrinabūda) uageſ.

De Myrrha & Adoni.

**M**Yrrha pater suum amasse dicitur, cum quo ebriato cōcubuit, cumq; eam pater utero plenā rescisset, cognito crimine, euaginato eam persequi cōcepit gladio. Illa in arbore myrrham cōuersa est, quā arborem pater gladio percutiēs Adon exinde natus est, quid uero sibi hæc fabula sentiat edicamus. Myrrha genus est arboris, de qua succus ipse exudat, hæc patrem amasse dicitur. Ista enim arbores in India sunt, quæ solis caloribus cremantur, & quia pater omniū rerum solem esse dicebant, cuius opitulatu cuncta germinū adolescit natuitas, ideo & pater amasse dicitur, dumq; grandioris fuerit robotis, solis ardoribus crepans thagades efficit, per quas succum desudat (quod myrrha dicitur) & redolentibus lachrymosa guttulis, fletus suaves scissuris hiantibus iaculatur, unde Adonē genuisse fertur, Adon græce suauitas dicitur, & quia hæc species odore suavis est, Adonem dicitur genuisse. Ideo aut̄ Venerē amasse dicunt, quod hoc genus pigmenti sit ualde feruidū. Vnde Petronius Arbiter ad libidinis concitamentū myrthinū se poculum bibisse refert. Nam & Sutrius comœdiarū scriptor introducit Glycerā metetricem dicentē, Myrthinū mihi aduers, quo uilibus armis occursem fortiuscula. De Apolline & Marsya.

**M**inerua tibias ex osse inuenit, quibus cū in conuiuio deorū cecinisset, cumq; eius tumentes buccas di omnes irrisissent, illa ad Tritonem paludē pergēs in aqua faciem suā speculatur, dum turpia adiudicasset buccarū, in flumina tibias elecit, quibus Marsya repertis, doctior factus, prouocauit Apollinē concertaturū de cantibus, sibiq; Midam regem iudicē diligūt, quē Apollo, cum nō recte iudicasset, asininas auribus deprauavit. Ille criminis sui notā tonsori tamen ostendit, præcipiens ei, ut si crimen eius celaret, eum participē regni efficere. Ille secretum domini sui in terram fodit, & in defosso terre duxit & operuit. In eodem loco calamus natus est, unde sibi pastor tibiam faciens, quæ cū percutiebatur dicebat, Mida rex aures asinales habet, nihilominus quām quod ex terra conceperat, Vnde & Petronius Arbiter: Sic commissa ferens auditus reseraret minister, Fodit humum, regisq; latentes prodidit aures. Concepit nam terra sonum, calamisq; loquentes, Inuenire Midam qualem conceperat index.

Nunc

Nunc ergo huius mysticæ fabulae interius cerebrum inquiramus, à musicis hæc reperta fabula, ut Orpheus in Theogonia scribit. Musici enim duos artis suæ posuerunt ordines, tertium uero quasi ex necessitate adiuentes, ut Hermes Trimegistus ait, ἡ ἀσθεντῶν, ἡ αὐλοφόρων, hoc est, aut cantantium, aut citharizantium, aut tibicinantium, Prima est ergo uiua vox, quæ sibi in omnibus musicis necessitatibus celestima subuenit, potest etiā lēmata subtrigere, & parallelos cōcordare, & distonias mollite, & phthonagos iuuare, & ornare chtomata. Sequitur secunda cithara, quamuis enim de his rebus disexaphexis dicunt, sicut Mariades scribit multa de his faciat, tamen aliqua non implet, quæ uiua vox potest. Limmata enim facta nō erigit, quia lismata in se catherata nō implet. At uero tibias artis musicæ partem extremā poterit adimplete. Cithara enim symphoniarum gradus habet quinq, secundū quod Pythagoras ait, dum numerorū rhythmicos modulos ad symphoniarū adduxisset concordiam. Prima enim symphonia est diapason, quod est in arithmeticis diplasione, quod nos in latinis unum ad secundū dicimus: secunda symphonia diapente, quod est in arithmeticis hemiolius, quod nos in latinis duo ad ternū nuncupamus, tercia symphonia diatessaron, quod est in arithmeticis epittitos, id est, tertius ad quartū: quarta symphonia dicitur tonus, quod apud arithmeticos epogdous vocatur, apud nos quintum ad quartū, & quoniam ultra arithmeticus ordo progredi non patitur, propter nouenarium limitem, quia dicimus alterius ordinis primus gradus est, cōtigit ergo ut habeat quintam symphoniam, quæ harmonia nuncupatur, id est, octo ad nouem. Nullam enim ultra numerū coniunctionem inuenies: habet igitur musica partes septem, id est, genera, diastemata, systemata, phthongos, tonos, metabolas, & melumpæas, unde & Vergilius in sexto ait,

melopœas

Nec non Threitus longa cum ueste sacerdos,  
Obloquitur numeris septem discriminata vocum.

In arithmeticis enim plenitudo formulæ est, ut est in geometricis tonus. Vox uero habet gradus symphoniarum in numeris quantum natura dotauerit ipsam uocem ut habeat arsis, & thesis, quas nos latine elationes & deiectiones dicimus. Tibia uero uix unam & dimidiā perficit symphoniam. Vna enim symphonia quinq symphonias habet, ergo post artem musicam Minerua teperit tibias, quas omnis doctus in musicis sonet, has propter sonorum despuit paupertatem. Inflatas uero buccas ideo risisse dicuntur, quod tibia uentose in musicis sonet, & idiomatum proprietate amissa sibilet potius rem quam enunciet. Ideo illam iniuste sufflantem omnis quicunq est doctior ridet, unde eas & Minerua, id est, sapientia exprobritas proicit, quas Marsya assumit. Marsya enim græce quasi μωρός, id est, stultus, solus qui in arte musica tibiam præponere uoluit cithara, unde & cum porcina pingitur cauda. Sed his duobus certantibus, Mida rex residet, Mida enim græce quasi μηδενίς εἰδωλός dicitur, quod nos latine, nihil sciens dicimus, ideo etiam asinini auribus dicitur, quia omnis discernendi ignarus nihil differt ab asino, ob hanc etiam rem & seruum eius auriculas referunt prodidisse. Ingenium enim nostrum seruum habere debemus ad omnia, quæ uolumus obsequentem, & nostra secreta celantem. Quod aut per cannam perdidit, per fistulam gutturis loquendo significat, quod uero pastor audit, pastores sunt illi, qui aliena sulcando subtilius pascunt.

Orpheus.

 Rpheus Eutidicen nympham amauit, quam sono citharæ mulcens uxorem duxit. Hanc Aristæus pastor dum amans sequitur, illa fugiens in serpentem incidit, & mortua est, postquam matutus ad inferos descendit, & legem accepit, ne eam conuersus aspiceret. Quam conuersus aspiciens, iterum perdidit. Hæc igitur fabula artis est musicæ designatio. Orpheus dicitur ὥραοφάνη, id est, optima vox, Eutidice uero profunda dijudicatio. In omnibus igitur artibus sunt primæ attes, sunt secundæ, ut in puerilibus literis prima abecedaria, secunda nota.

In gram

In grammaticis prima lectio, secunda articulatio. In rhetorics prima rhetorica, secunda dialetica. In geometricis prima geometria, secunda arithmeticā. In astrologis prima mathesis, secunda astronomia. In medicinis prima gnostice, secunda uero mantice: In aruspiciis prima aruspicina, secunda paralysis. In musicis prima musica, secunda apotelesmatica, de quibus omnibus breuiter rationem perstringam necessē est. Aliud est enim apud grāmaticos aliena agnoscere, aliud est sua efficere. Apud Rhetores uero aliud profuso & libero cursu effrenata loquacitas, aliud constricta uirtutis indagandæ curiosa nexilitas. Apud astrologos aliud est astrorum ac siderū cursus effectusq; cognoscere, aliud significata traducere. In medicinis aliud est morborum agnoscere meritū, aliud infirmitatis uenientem concursum mederi. In geometricis aliud formulās lineasq; depingere, aliud numeros formulis coaptare. In aruspiciis aliud est fibrarū particularūq; inspectio aliud secundū Battiadē euentū immutatio. In musicis aliud uero est harmonia phthongorum, systematum, & diastematum, aliud effectus tonorū uirtusq; uerborum. Vocis ergo pulchritudo interna artis secreta uirtutem etiam mysticam uerborū attingit. Sed hæc quantum ab optimis amatur, sicut ab Aristeo, ἄριστος enim grece, optimū dicitur: Tantum ipsa ars coniunctionem hominū uitat, quæ quidem serpentis iactu moritur, quasi astutiæ interceptu secretis uelut inferis transmigratur. Sed post hanc artem exquitendam atq; eleuandā uox canora descendit, & quæ apotelesmatica, phantastica omnia præbet, & modulis tantū in secreta latentibus uoluptatū reddit effectus. Dicere enim possumus quod dorius tonus aut coiens phrygius torrés, Saturno feras mulcens, si loui aues oblitus. At uero si rei expositiō queritur, cur hoc uestigandæ rationis caput immoritur. Ideo ergo et ne eam respiciat prohibetur, & dum uidet amittit. Nam perfectissimus Pythagoras dū modulos numeris coaptaret, symphoniarūq; pondera terminis arithmeticis per melos & rhythmos & modulos sequeretur, effectus uero rationē reddere non potuit.

Phineus.

**P**hineus enim in modum auaritiae ponitur, & à scenerando Phineus dictus est. Ideo cæcus, quod omnis auaritia cæca sit, quæ sua non uidet, ideo ei hæc cibos arripiunt. At uero quod eius prandia stercoribus fœdant, ostendit scenerantium uitam rapinæ ingluuiem esse sordidam, sed has à conspectu eius Zethus & Calais fugant, quia rapina ei aliquid de suo comesse nō permittit, græce enim ζεθοῦ καλοῖ inquirens bonum dicitur. Ideo uolatici, quia omnis inquisitio boni nunquā terrenis rebus miscetur. Ideo Aquilonis uenti filii, quia bona inquisitio spritualis est, non carnalis, ergo ueniente honestate omnis rapina fugatur.

De Alpheo & Aretusa.

**A**lpheus fluuius Arethusam nymphā amauit, quā cum sequeretur, in fonte cōuersa est. Ille in mediis undis ambulās nō immixtus, in sinū eius immetitur, unde & apud inferos obliuionem animarum trahere dicitur ἀλιθέας φῶς, id est, ueritatis lux, Arethusa uero quasi, ἀπερίσσα, id est, nobilitas ueritatis, ergo quid amare poterat ueritas nisi æquitatem: quid lux nisi nobilitatem: & ideo in mari ambulās nec miscetur, quia lucidi ueritas omni malorum falsitudine motum circundata pollui aliqua cōmiftione non nouit. Sed tamen in sinum æquissimæ potestatis omnis lux ueritatis dilabitur. Nam & descendens in infernum, id est, in secreta conscientiæ ueritatis lux, malorum rerum semper obliuionem importat.

FABII